

callide effugere videar, en methodum quam servare index debet.

XXI. Primum sollicitus debet esse ut advertat ab accusatione actorum. Si hoc non aequatur, curet ut actor ab intentata causa desistat. Post iudicium protrahat. Testes pluries examinet per plura intervalla; si denique opponat circumstantiam temporis, loci, facti. Fieri enim vix potest ut index, si evidenter facti accusatum de delicto capitali esse innocentem, non habeat unde in sermone capere testes, & accusatores possit, saltem in aliqua circumstantia, quae sola satis sit ad differendum iudicium. Daniel solertissimus Propheta in sermone cepit testes adversus Sultannam, eo quod unus illorum depoluerit crimen factum fuisse sub primo, alter sub Ichino. Admissa vero perquam difficili suppositione, quod nihil hiice modis obtineri possit, si abique scandalo fieri valeat, carcerem aperiri iubeat, ut accusatus fugiat. Ultimo tandem, his omnibus frustrata tentatis, causam ad supremum iudicem remittat, dicens se difficultatem in hac causa experiri, ob quam sententiam ferre nequeat. Supremus vero index ab inferiori informatus, supra sua auctoritate uratur. Ferventes preces Deo fundantur. Actor, & testes a viris prudentibus, piis, & sagacibus in sermone scriptus inducantur, ut ad meliorem frugem istorum suasionibus, & monitis revocentur. Ex his omnibus satis colligitur, casum esse metaphysicum, quod index cogatur occidere innocentem.

XXII. Tamen tu infans: Quid agendum, admitti difficili hypothesi? Respondeo, praesciendo ab utriusque sententia probabilitate, me intimo sensu, tanque efficaci proposito animi abhorere ab innocentis eandem nulla unquam persuasione inducere ad eum damnandum quem iustum certo cognoscerem. At, si hoc tibi fortassis minime ardet, tuis indulge plerisque. Res hac in utranque partem valet disputari. Tu quam probabiliorum exitimas seligere.

XXIII. Unum te admonitum velim. Si communem Thomistarum sententiam amplecti vis, cavendum tibi est, ne laqueo difficultissimi argumenti irretiaris. Estque huiusmodi. A. Thomas. 2. 2. *quest.* xix. *artic.* 6. & alibi statuit, nunquam iudicium esse rectum, nisi sit prima regula conforme. Porro iudicium iudicis damnantis innocentem non est conforme prima regula. Ergo non est rectum. Quod argumentum sibi proponit Angelicus in hac citata *quest.* lxvii. *artic.*

2. loco secundo: respondeatque, quod Deo committit iudicare secundum propriam potestatem; & ideo in iudicando informatur secundum veritatem quam ipse cognoscit, non secundum hoc quod ab aliis accipit. . . . Alii autem iudicis non iudicant secundum propriam potestatem; & ideo non est similis ratio. Quae solutio ut optima dicatur, sufficit quod sit Angelici. Verum restat videndum, sit ne rectum iudicium illud, bonum, & meritorium, aliis conditionibus suppositis. Abiit ut illud rectum, bonumque reipia dicas. Est difforme prima regula: ergo non rectum, non bonum, non meritorium. Quapropter scite Angelicus dicit, quod index sententiam ferendo non peccat. Hanc difficultatem eadem via solve qua resolvit illam, de conscientia erronea. De ea loquitur in Historia Probabilissimi, & Rigorissimi italice scripta *dissert.* 111. & sultus dicimus, cum de actibus humanis sermo erit. Unde nihil hic dicendum.

XXIV. Tertia sententia, media inter has duas extremas, est, quod index in causis civilibus possit, si coactus sit, condemnare innocentem, secundum allegata nocentem, dummodo hac omnia adiint: quod nequeat detegere falsitatis, quod processum non possit impediri, & quod evidens ac magna boni communis necessitas sententiam possulet. Si enim sententia ferenda est, non potest ferri contra allegata, & probata. Si autem, salva boni communis utilitate, sententia suspendi valet, neque abolendus, neque damnandus est accusatus. Hanc sententiam defendunt Sylvius

2. 2. *quest.* lxxiii. *artic.* 2. *concl.* 2. Lessius, Navarra, Aragon, Logo, & alii. Hae opinio probabilitate non levi nititur. Et dispensatio, quidquid dicant Salmanticenses *tract.* xxv. *cap.* 1. *quest.* 3. *num.* 25. est satis plausibilis. Nam certum est, Republicam auctoritate pollere in bona temporalia civium, & deque his in bonam commune disponente posse, ut patet in legibus de *usu capitulorum*, & *privilegiis*. & hoc a nemine in dispensationem vocatur. Ergo Republica hanc facultatem iudicibus facere potest, ut propter bonum commune, tranquillitatemque publicam, secundum allegata, & probata sententiam ferant. Accedit, bona temporalia recuperari valere. At in vitam innocentem nulla Republica potestate fruatur. Occisio innocentium absolute, & directe vetita est naturae iure, ut quid intrinsecus malum. Ergo evidens valetur disparitas inter potestatem Republicae in vitam innocentium, & bona temporalia. Plura dicemus, si quaestiones istae

proximi tangerent. Verum ut dixi, metaphysice sunt, quarum praxis vix unquam occurrit.

## CAPUT V.

De homicidio privata auctoritate perpetrato.

UBerem disputandi materiam nobis exhibent recentiorum Probabilitatum exorbitatae opiniones, nimium ab illa, quam ostendant, benignitate alienae. Ut eas pro dignitate vendicare valeamus, sigillatim discutiantur sunt. Idcirco caput istud in plures tribuitur paragraphos. *cap.* 1. *de homicidio* *quod obnoxium* *h. in 2. 2. §. 1. de homicidio* *quod obnoxium* *h. in 2. 2. §. 1. de homicidio*

De occisione Tyranni, & adulteri.

DUplex Tyrannorum genus. Alterum est illorum qui plus aequo subditos gravant, & crudeli regimine eos vexant, iustitiam locum tenent. Tyrannus cuiusmodi nemini licet occidere. Alterum Tyrannorum genus est illorum qui iniuste occupant, aut retinere dominium, & regimini subditorum nituntur. De his sermo erit infra.

I. *Quest.* 4. *Leitam* *ne marito uxorem occidere in adulterio deprehensam?* Resp. Adfirmantem opinionem propugnant plures Lautilae, & eaque probabiliter reputantur Fagundes *lib.* 7. in *Decal.* *cap.* x. n. 19. Sa *verbi* *Homicidium* n. 15. Lessius *cap.* ix. *dub.* 5. n. 16. apud Cardinalem de Logo *de iust.* *diss.* 2. *sec.* 3. n. 85. Hanc opinionem damnavit Alexander Papa VII. in hac propositione, quae est 19. *Non peccat maritus occidens propriam uxorem in adulterio deprehensam.* Eam improbat S. Thomas in *4. 2. dist.* xxxvii. *quest.* 11. *artic.* 1. *his verbis.* *Virum interficere uxorem contingit dupliciter.*

*Uno modo per iudicium civile. Alio modo potest eam per seipsum occidere, non iudicio committens. & sic extra actum adulteri eam interficere. . . . magne secundum leges civiles, neque secundum legem conscientiae licet.*

Et alius ad hoc ipsum explicandum intertextus, demum concludit: *By nullo casu licet viro interficere uxorem propria auctoritate.* Angelico subscriperunt communiter Theologi. Ratio evidens est: quia maritus non est legitimus uxoris iudex. Deus enim dimittaxit supremam humane potestati contulit facultatem iudicandi facinorosos, ut dictum est, servato iuris ordine. Peccaret ipse Princeps, si absolute inauditam adulteram damnaret. Quanto magis maritus, qui nulla potestur in

vitam uxoris potestatis? Sed in re manifesta non immerandum.

III. Leges tum civiles, tum ecclesiasticae, quae in oppositum alleantur, solum sunt permissivae in foro exteriori. Leges positivae, quae dicunt, non subiacere excommunicationi nisi maritum occidentem adulterum Clericum, non propterea licitum homicidium absolute asserunt; sed ex praesumptione quod, passivo impellente, rationemque praevicantem, homicidium abique necessaria libertate perpetratum fuerit, ab excommunicatione immunes declarat eundem homicidas. Legitimam esse interpretationem evincit propositio damnata.

IV. *Quest.* H. *Supremus Princeps deprehendens uxorem, aut filium in adulterio secrete, valet ne eum occulte occidere?* Resp. Sententia negans communit est, quam tradit D. Thomas 2. 2. *quest.* lxxvii. *artic.* 3. ubi auctoritatem primum profert Ambrosii in I. ad Cor. v. dicens, quod iudicis non est sine accusante damnare: quia Dominus Iudex, cum fulisset fur, quia non est accusatus, mirime abiicit. Rationem deinde in corpore articuli assignat his verbis: *Index est interpres iustitiae.* Unde, sicut Philosophus dicit in 2. *Ethic.* homines ad iudicem confluxerunt sicut ad quandam iustitiam animatam. *Iustitia autem, sicut supra dictum est, non est ad seipsum, sed ad alterum.* Et ideo oportet quod index inter aliquos duos dividet: quod quidem sit eum unus est actor, & alius est reus. Et ideo in criminibus non potest aliquem iudicio condemnare index, nisi habeat accusationem, secundum illud Act. xxv. Non est constitutio Romanis damnare aliquem hominem, nisi prius qui accusatus, presentes habeat articulos, locumque defendenti accipiat ad abluendam crimina quae ei obiciuntur. Nec iustis est, subdit S. Doctor in *resp.* ad 2. quod ipse index videtur: quia est eo quod index ipse iudex, non potest procedere ad sententiam ferendam, nisi secundum ordinem publici iudicis, quod tenet locum accusatoris.

V. Ratio D. Thomae clara est, ab ipsa naturali iure accessita. In propositio casu Rex, seu Princeps supremus occideret uxorem, aut filium in adulterio deprehensam ut publicus index, & supra mens auctoritate. Porro hac suprema, & publica auctoritate uti nequit, nisi publica quoque notitia utatur. Notitia autem occulta quam ille habet, privata est, quae deservire non potest publico iudicio: Quod eam licite occidat privata auctoritate, damnatum est ab Ale-



xandro VII. in adducta propositione 19. Non potest ergo illam occidere, nisi ut publicus index. At ut publicus index necessario indiget publica notitia. Ergo nequit illam occidere, nisi servato iuris ordine. Quod confirmatur ex Clement. *Pastoralis* §. *Ceterum de re indicata*, ubi dicitur, iure natura cuique competere defensionem, antequam condemnetur. *Nec praedicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset de ratione referri per qua de crimine praesertim sic gravi delato defensionis, quae a iure procedit naturalis, facultas admitti voluisset; cum illa Imperatori tollere non liceret quae iuris naturalis existunt.* Quare laudatus Pontifex Clemens V. in Concilio Viennensi relatus, ut inquit Salmanticenses tract. xxiii. cap. 1. punct. 4. n. 44. in citato cap. *Pastoralis*, abrogavit sententiam Imperatoris Henrici contra Robertum Regem Siciliae, eo quod iuris leges in iudicio servatae non fuerint. Haec D. Thomas sententia communis est, eamque defendunt D. Antonius III. Part. titul. vi. cap. xv. Dominicus Soto Lib. V. q. v. art. 3. Bannez 2. 2. qu. lxxvii. art. 2. dub. 3. Lugo Tom. II. de iust. disput. xxxvii. sec. 5. n. 52. Lessius Lib. II. cap. xxix. dub. 11. Prado Tom. II. cap. xxxiii. n. 13. Salmanticenses loc. cit. & alii communiter.

VI. Obicitur. Index supremus dispensare potest in ius quae ordinem iuris spectant, maxime in nostro casu, in quo publicatio adulteri Reginae summo Regem dedecet. Idque confirmas praesertim Religionum, in quibus Fratrum reos puniunt, non servato iuris ordine. Et reapse Daniel nonne fuit accusator simul, & iudex contra iniquos senes?

VII. Respondetur, Regem, supremamque potestatem namquam posse omittre iuris ordinem, quantum ad substantiam talis ordinis. Explico distinctionem. Ordo iuris est ut nemo damnetur, nisi eius crimen delatum sit ad forum publicum. Haec autem delatio duobus modis potissimum fieri potest: vel ore hominum accusantium; vel ore publicae famae, factio ipso clamante. Quando factum est notorium notorietate publica facti; haec publica vox, & infamia locum habet accusatoris, ut docet D. Thomas 2. 2. quod. lxxvii. art. 3. ad 1. & 2. *Publica infamia* (inquit) *habet locum accusatoris. Unde super illud Gen. iv. Vox sanguinis fratris tui &c. dicit Gloss. Evidentia peccatoris sceleris accusatore non eget.* Diximus supra, interdum posse iudicem relinquere iuris ordinem, hoc est, in sensu quod accidentia quaedam, quae rei substantiam non ingredientur, negligere va-

leat: videlicet, quando crimen reapse notorium est, & manifestum per publicam famam, cuius nulla superest dubitatio; tunc gravissima urgente causa, potest index formulas iuris, quae praescriptae sunt ad probandum, & cognoscendum delictum, praetermittere: quia tunc substantia ordinis consistit. Nec propterea admittimus, communiter publicam famam satis esse ad sententiam ferendam: quia non raro publica fama fallitate nititur. Addimus, iudicem supremum posse praetermittere iuris ordinem in liberando innocente, & si velis, etiam reo, si bonum commune id exigat. Iuris vero ordinem nunquam praetergredi valet iudex in damnando reo. Semper enim, antequam sententia feratur, debet praecedere publica manifestatio, & probatio criminis sive voce facti, sive voce rei.

VIII. Obiectio honoris regis futilis est. Honor Regis exigit ut occultum crimen occultum maneat. Occiso Reginae non servat, sed laedit honorem Regis. In Religionibus iuris tantum crimina plebuntur, non servato iuris ordine; scelus gravis, quae nunquam puniri queunt, praetermissio iuris ordine quantum ad substantiam. Ad ultimum sic respondet D. Thomas: *Daniel accusator fuit simul, & iudex, quasi divini iudicis executor, cuius iustitiam movebatur.* loc. cit. ad 3.

## §. II.

De homicidio necessario ob viam defensionem.

I. Communis est Theologorum sententia, in neminem absolute teneri le de defendere ab iniusto invaluore cum illius occasione. Nam quique valet ob caritatis virtutem propriam vitam exponere, ut amici, & proximi vitam incolumentem servet. Ergo pariter potest omittre defensionem propriae vitae, ut vitam ex caritatis motivo servet invaloris: quod potissimum licet, quando consistit invaluore gravi culpa inquinatum esse. Hinc sancti Martyres neglexerunt propriam defensionem ob Dei amorem, malentes concumbere quam peccatoribus vitam admittere, quemadmodum sepe potuissent. Duo accipiuntur casus, in quibus propriae vitae defensionem ob necessitatem, etiam cum alterius occasione. Primus est quando qui invaditur, confici sibi est alicuius peccati; ut sic peccatum declinet aeternae damnationis. Alio est, quando persona quae invaditur, utilior est Reipublicae quam invaluore. Dominicus Soto Lib.

Lib. V. *quasi* 1. art. 8. addit, quod si is qui adoriatur, sit Rex, Princeps, vel alia persona valde utilis Reipublicae, & persona quae invaditur, sit abiecta & vilis, cuius nihil interit Reipublicae, tunc subeunda sit morte persona invaluore, omittendaque defensio. Haec Soto sententia mihi sane non ardeat, nec probatur. Homini quippe innocenti vita inaeptatur natura melior est quam ardeat, nec probatur si Principis. Porro quique ordine tum naturae, tum caritatis magis diligit propriam quam alterius vitam. Simul haec duo iungantur in innocentia, quae semper magis prodest Reipublicae quam iniquitas; & naturalis inclinatio cuique inita defendendi propriam vitam, & continuo apparebit evidens ratio, quae concedit ius defendendae vitae adversus quemcumque invaluorem, sive Principem, sive Regem, qui utilis Reipublicae minime est, cum subditum vitae infidias sinit; sed potius lupus comparatur devoranti gregem, iuxta illud Ezechielis xxvi. *Principis eius in medio illius, quasi lupi rapientes praedam ad effundendum sanguinem.* Ex quo infert D. Thomas 2. 2. quod. lxxv. art. 4. *Sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casu malis Principibus: nisi forte propter scandalum vitentur.* cuius ex hoc aliqua gravis turbatio timetur. Et D. Antonius III. Part. tit. iv. cap. 11. *Verum est tamen secundum Thomam quod nullus tenetur ad hoc (scilicet ut sinat se occidi) sed minoris perfectionis esset, si potius permitteret se interfici, quam se defendendo occideret, cum non posset aliter evadere. Et hoc intellige, si est in bona dispositione animae suae. Nam alias fatue faceret exponendo se morti corporis, & animae, cum sibi per mortem precludatur via poenitentiae.* Idem docet Sylvester verb. *Bellum* n. 4. Paulus Comitulus Lib. IV. q. x. & est communis, ut idem advertit, alicui neminem se loquuntur, qui de iusta sui defensione loquuntur, qui in necessitate subeundae mortis concitiant aliquando eum qui per vim & iniuriam ab altero periturus. Hic constituitur.

II. *Quaeritur: Est ne licita iniusta invaluore occisio ob necessitatem propriae vitae defensionem?* Resp. Antequam diffidit causa tractationem ingredior, quae penes omnes certa sunt, praeterea has est. Ut iusta defensio propriae vitae dicatur, fit oportet cum moderamine inculpata tuelle. Quibus verbis plures comprehendantur cautiones. Prima est, ut si vitam tuam servare possis sine invaluore interitu, eade omnino abstinere. Si sola mitigatione, aut etiam minori laesione repellere

Conr. Theol. Tom. IV.

re vim possis, haud licita occisio est. Si solis brachii, pugnis, alapis resistere vales, armis uti non debes. Secunda cautio est, si fuge pateat via, arripienda est fuga, & ad homicidium, vel alia quacumque aggressione abstinendum. Tertia, ut qui vim illatam repellit, non intendat invaluorem: de qua cautione infra dicetur. Quartam mentem in fugam le dederit, tunc vita cautela est, si is qui te invadit, post voluntatem inlequit, & occidere nequit, non maxime dicatur. Quinta, in loco confictu licita defensio est. Sexta, periculis fit oportet qui vim sustinet, le occidendum reapse ad invaluorem, nisi illius conatu le de defendat, etiam cum illius occasione. Haec communiter admittuntur.

III. Duplex igitur est super proposita questione sententia. Prima negat, etiam servatis cautionibus indicatis, licitam esse viam in casu invaluore iniusti occisionem. Nam ex recentioribus contendit Henricus a sancto Ignatio Tom. II. Part. v. cap. v. propugnataque, haec communiter est sanctorum Patrum doctrina, atque saeculo duodecimo multorum Scholasticorum, ut testatur Alanus Magnus de Insulis, qui eodem saeculo scripsit dicens: *Multorum opinio est, non licere hominem occidere, ne ab eo occidatur.* Subdit haec esse S. Thomae mentem: quod quam fit saltum, infra patebit. Pro eadem sententia laudat Augustinum de Ancona in *Lib. de potest. Eccl. quast. 111. artic. 3.* Hugonem, Richardum, Glossam, Gerosiem, Accurium, Almannum, Cardinalem Norisium, Genettum, Neelen, Van-Roy, plureque alios Doctores Lovanienses.

IV. Haec sunt illius sententiae argumenta. Praeceptum Dominus dicit, *Non occides*: quo omnis prohibetur occisio, praeter eam quae a Deo expresse conceditur. Porro Deus solus supremis potestatis auctoritatem impertit morte mltandi facinorosos. Subdit laudatus Theologus, le maluisse a decem Casuistis quom ab uno *Essio* responsum illud audire, quod asseritur, iniuste invaluorem, tamquam invaluorem publice iustitiae, lege naturali, & positiva posse repellere invaluorem etiam cum illius occasione. Argumentum secundum petitur ex praeccepto caritatis, quod iubemur inimicos diligere, ut Christus Dominus *Matth. v. praecipit: Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Dilige inimicos vestros, benefacite illis qui odierunt vos, & orate pro persecutibus, &*

M 3

calu-



calumniantibus vos. Et iterum inquit Christus Ioan. xv. *Hec est preceptum meum, ut servare inveniatis, sicut dilexi vos.* Sic autem Christus nos dilexit, ut animam suam pro nobis dederit; nos ergo pro fratribus inimicis animam ponere debemus. Christus nedum dilectionem erga inimicos precipit, fed etiam beneficentiam. Numquid qui inimicum interimit, illi benefacti? Tertium est, *Matth. v. hęc habentur: Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed, si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, probe illi & alteram.* Et D. Paulus ad Rom. xii. *Nulli malum pro malo reddentes.... Non vobismetipsos defendentes, carissimi; sed date locum ire.* Scripsit enim: *Mibi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* Si esuriverit inimicus tuus, ciba illum &c. Quibus verbis preceptum continetur. Quartum. Christus impetitus ab aggressoribus, qui venerat capturi eum morti tradendum, non modo non permisit Petro, ut gladio ad suam defensionem; sed illum gladio utentem reprehendit, atque in vaginam reponere gladium iussit, dicens *Matth. xxvi. Convertite gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acciperint gladium, gladio peribunt.* Quod Ioannes repetit *Apocalyp. xii. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Quintum. Omnes Christiani habere debent spiritum Christi, ut Paulus testatur dicens *Roman. viii. 9. Qui spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Porro ille spiritum Christi non habet qui Christi patientiam non imitatur. Quapropter dicit Petrus *Epist. I. cap. ii. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.... qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur: Tradebat autem iudicanti se iniuste.* Sextum. Communis traditio Patrum vetat occisionem infaustis causa defendendę proprie vite, ut colligitur ex Terulliano de patientia *cap. x. Cypriano epist. lvi. Lactantio divina inst. Lib. vi. cap. x. Basilio epist. can. lv. Cyrillo Lib. xi. Ambrosio Lib. iii. offic. cap. iv. Augustino Lib. i. de civ. Dei cap. xxi. & epist. lxxvii. & Lib. i. de lib. arb. cap. v. Bernardo Lib. de precep. & disp. cap. vii.* Poltreino id evincitur ratione. Homo christianus iuxta ordinem caritatis tenetur vitam suam corporalem ponere vite spirituali proximi, etiam immanis aggressoris. Lex enim divina prohibet tenacem amorem earum rerum quas inviti amittere possumus. Porro vita corporalis, bonum est tempora-

neum, quod tenaciter, & impotenter amare convincitur qui illud cade proximi sui concitatus a S. Ignatio, qui tandem in communem sententiam concessit.

V. Contraria sententia communis est inter Theologos. D. Thomas 2. 2. *quest. lxxv. art. 7.* argumenta potissima que indicavi, sibi obicit, & oppositam sententiam tanta perspicuitate explicat, propugnateque, ut vix quicquam addendum superest. Integram tanti Doctoris rationem exhibere iuvat. Inquit ergo. *Nihil prohibet unus actus esse duos effectus: quorum alter solum fit in intentione, alius vero fit preter intentionem. Morales autem actus recipiunt speciem secundum id quod intenditur; non autem ab eo, quod est preter intentionem, cum sit per accidens, ut ex supra dictis patet. Ex actu ergo alicuius se ipsum defendentis duplex effectus sequi potest: unus quidem conservatio proprię vite; alius autem occisio invadentis. Actus ergo huiusmodi ex hoc quod intenditur proprię vite, non habet rationem illiciti; cum hoc sit cunctis naturale, quod se conservet in esse, quantum potest. Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proveniens, illicitus reddi, si non sit proportionatus fini. Et ideo, si aliquis ad defendendum propriam vitam utitur maiori violentia quam oporteat, erit illiciteus. Si vero moderate violentiam repellat, erit licita defensio. Nam secundum iura vim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutele. Nec est necessarium ad salutem ut homo alium occisionem alterius: quia vult tenetur homo vite sue providere quam vite aliena. Sed, quia occidere hominem non licet, nisi publica auctoritate propter bonum commune, ut ex supra dictis patet; illicitum est quod homo intendat occidere hominem, ut seipsum defendat, nisi et qui habet publicam auctoritatem; qui intendens hominem occidere ad sui defensionem, refert hoc ad publicum bonum; patet in militie pugnante contra hostes, & in ministro iudicis pugnante contra latrones; quævis etiam & ipsi percent, si privata iudicium moveantur. Doctrinam hanc D. Thomas aperte approbat Catechismus Concilii Tridentini Part. III. de 5. Decal. precep. sect. 8. *Licet etiam salutis sue vendenda causa alterum occidere. Quia etiam ratione si quis salutis sue defendenda causa, omni adhibita cautione, alterum interemerit, hoc lege non teneri satis apparet.**

VI. Duo animadvertit Dominicus Soto *Lib.*

*Lib. V. q. 1. artic. 8.* in laudata D. Thomę doctrina. Primum, nemini licere agresforem occidere, si alia via possit vitam servare. Alterum, quod precipuum, ac unicum est questionis caput, nimirum licitam esse hanc defensionem; dummodo necessaria sit. Rationem repetit Angelicus ex ipso naturę iure, vi cuius quicque innatam propensionem experitur in proprię vite conservationem: que inclinatio, utpote ab auctore naturę indita, optima est, ac utique honestus. Ergo defensio, que ad hunc spectat conservationem, licita erit; etiam si ex eadem sequatur homicidium illius qui vi iniusta hanc conservationem impeditur. Doctrinam hanc D. Thomę confirmant iura omnia tum civilia, tum sacra. Florentius Iuriconsultus de iure naturali ff. de iur. & iur. in leg. *Drvin*, hęc habet. *Hęc iura essent ut quod quisque ab tutelam corporis sui fecerit, iure sacro existimetur.* Et ff. ad legem Aquilianam, l. Sed est, hęc subdit. *Sed, est quicumque alium ferro se petentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidisse.* Et ff. de iniuriis, & famosis libellis, lege *Triurarium* §. 1. *Qui iure publico utitur, non dicitur iniuria facienda causa hoc facere: iuris enim executio non habet iniuriam.* Item in Decretali Alexandri III. *Si vero de sent. excomm. hęc leguntur. Si vero Clericum, vim sibi inferentem, vi quis repellat, vel laedat, non debet propter hoc ad Sedem apostolicam transmitti, si in continentem vim vi repellat; cum vim vi repellere omnes leges, omnique iura premittant.* Denique Marcus Tullius in defensione Milonis, qui Clodium interfecit, hęc scribit. *Si tempus est ullum tunc hominis necandi, que multa sunt, certe illud est non modo iustum, verum etiam necessarium, cum vi vis illata defenditur.... Ius & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscribit, ut omnem semper vim, quacumque ope possunt, a corpore, a capite, a vita sua propulserint.*

VII. Confirmat D. Thomę doctrinam Dominicus Soto *loc. cit.* ubi constat contrariam Gerlonis sententiam, tamquam errorem manifestum. Quippe opinio hęc, quamquam prima fronte præferre videatur benignitatem, & caritatis evangelicę imaginem, reapse tamen iura omnia pervertit. Et certe vis illud, tam extrinsecus latum, quam ipsi naturę iustum, conservandi propriam vitam, omnino convellit. Providentię item ordinem perturbat, quo non permitti-

tur ut parricidarium, & iniquorum temeritas hominibus vitam eripiat. Accedit opinio hanc arma, ministrare perverum malitiae ad bonorum cedere, ad Rempublicarum everisionem, ad flagitiorum quorumvis executionem: quæ omnia ut de medio tollantur, nihil faciendę est acceleratorum vita. Multo enim pluris virtutes habendę sunt, & multo magis ex divina caritate amandi homines virtutibus exornati quam facinorosorum hominum vita, quando hi virtutibus, aliorumque innocentie bellum inferant exitiosissimum.

VIII. Explicandum superest quod in sua doctrina innuit Angelicus, nempe nulli licere ex intentione occidere iniustum aggressorem. Caietanus acutum exhibet interpretationem. Inquit enim, licere utique, ut quisque se defendat, hostem aggressorem occidere, non ita tamen, ut occisio hęc eum medium eligatur, quemadmodum medicus ex intentione pharmacum porrigit, ut agrotus consequatur salutem: sed ut fit defensionis effectus; sicuti debilitas infirmi non est a medico intenta, fed est curacionis effectus. Hęc interpretatio nimis acuta, & metaphysica videtur etiam Dominico Soto, qui ex Aristotele docet, ad efficacem voluntatem finis perinde sequi medi ad eundem finem unice necessarię electionem, ac in speculabilibus ex præmissis sequitur conclusio. Ergo qui iuste vult finem, iuste velle potest & medium, cum eodem fine necessario connexus. Argumentario videtur manifesta. Admissio enim defensionem licitam esse, nulla apparet ratio cur non liceat eligere medium necessarium ad talem defensionem. Addit laudatus Soto, animadvertens, D. Thomam asserere, tunc homicidium eligi ex intentione, quando quis alterum aggressorū ipsam preveniens, ut se defendat, vel occidit ad præteritum iniuriam vindicandam, aut ad præcavendam futuram. Ceterum, cum quis invaditur, quocumque modo occidat infaustorem inculpata tutela, etiam si directe gladio, aut sclopo iugulum, vel cor illius manus evadere, non censetur intendere hominis occisionem, sed tantum sui defensionem. Hoc in sensu optima est Caietani interpretatio, nempe quod talis occisio non fit medium, fed conservacionis effectus; tametsi consensu ferone recte etiam medium appelleretur. In hanc doctrinam, saltem ut a Caietano expostum, concedit vel ipse Henricus a S. Ignatio.

IX. Adversus hanc interpretationem urget



gravis, & permolesta difficultas. Sit homo oculus in eadem domo cum hoste. Nullus evadendi locus patet. Paratus hostis est ad occisionem: nisi preveniatur, innocentem occidit. Innoxia uxor cum marito in lecto cubat. Evidenter deprehendit, maritum sub cervicali pugione habere ad se occidendam. Nullus ad fugam exitus occurrit. Quid faciet? Si pugione arripit, ut maritum perimat, homicidium eligit ut medium ad sui defensionem; si non prevenit, occiditur. Quid agendum? Recentiores Probabilitate preventiendum invaloris censent. Verum doctrinam hanc falsam reputamus, eamque damnavit Clerus Gallicanus anno 1700. Numquam igitur prevenire aggressorem licet; sed tantum ab eo impetiri licite possumus nos defendere. Reponunt Probabilitate, in his casibus uxorem non aggredi, sed se defendere. Dormientem maritum necat, & non aggreditur? Cui vel Stoicorum hoc studebitur? Hæc doctrina sæpè natura scandalum ingerit: quia, dum homines audiunt, licitum esse se prevenire aggressorem, facillime invidias, nece, & homicidia multiplicent.

X. Hinc colligas velim, quam sit in praxi difficilis innoxia occisio. Enixe orandum Deus permitat confictum: quia pacificissimi, me quidem sententia, reperiri possunt qui ab hoste impetiri, ita moderentur iram, immodicum propriæ vitæ amorem, odium ex iniusta aggressionem consellum inardens, ceteroque animi motus, ut servata animi tranquillitate solam sui defensionem intendant. Ad homine christiano, iusto, caritate, ceterique virtutibus ornato, atque earundem exercitiis assuetio, sperare iustam, innoxiamque defensionem possumus; scæus ab homine peccatore, christianis virtutibus destituito. Possibilitatem non nego; sed raritatem insinuo: atque adeo quotidie Deum orandum subdo ne vos in similem tentationem incidere sinat.

XI. Argumenta quæ ex Henrico a S. Ignatio retulimus, ex his quæ dicta sunt, convulsa remanent. Ad auctoritates ex Evangelio, & Apostolo Paulo petitas, respondet D. Thomas, prohiberi defensionem quæ est cum favore *violenta*. Quare Glossa ad textum Apostoli, *Non vos defendentes*, inquit: *Non sitis referentes adversarios*. Et hoc in sensu explicandi sunt ceteri textus. Ad Patrum sententias pariter respondet D. Thom., qui sibi opponit Augustinum, tum in *epist.* ad *Publicolam*, tum in *Lib. de lib. arbit.* ubi clarius videtur non admittere necessariam de-

fensionem cum occisione alterius: respondet, inquam, Augustinum, atque adeo ceteros Patres damnare occisionem quæ intendit occidere hominem, ut seipsum a morte liberet, modo supra explicato, preveniendo nempe aggressorem.

XII. Ad possimum argumentum ex lege caritatis accessit, quod multis facessere negotium solet, responso facilis, & vera est, videlicet nobis caritatis lege diligendam magis esse spirituales proximi salutem quam temporalem propriam vitam. Hæc autem caritatis lex tunc solum obligat, cum nostra temporalis vita medium necessarium fuerit ad spirituales proximi salutem. Laborat civitas, inquit Soto, aut persona aliqua vincibili ignorantia eorum sine quibus ab obtineri æterna salus nequit. Ego solum possum occurrere. Lege caritatis teneor veritatem agnoscere, & occurrere anime æternam periclitanti. Hæc lege caritatis, immo & iustitiae teneor Prelatus pellic tempore, & Princeps, ingruente bello, non derelinquere populum. Quoties autem vita mea haud est necessaria ad spirituales proximi vitam, minime teneor eam exponere. Porro qui me armata manu impetit, sua culpa, & iniquitate id facit: atque adeo mea vita haud est necessaria illius saluti, cum ipse desistere possit ab iniqua aggressionem. Ergo non teneor illi succumbere. Id expresse docet Angelicus, & citata questione, & quest. xxv. art. 8. eiusdem 2. 2. Quin si res penitus expendatur, ambo extrema sunt eisdem ordinis, vita nempe invaloris, & invari. Spirituales salus invaloris non leditur a defensore; sed est prolix extra illius intentionem; & solus iniustus aggressor sponte, ac libere illam prodigere vult. Perperam ergo opponitur ad impugnandam necessariam defensionem. Deus ipse neminem invitum salvare vult; sed libere tantum sibi obedientem. Vita ergo temporalis aggressi, & vita temporalis aggressoris sunt in conflictu; & vita innocentis iuxta omnes lege præferenda est vitæ fontis. Alioquin, ut inquit Soto, aperiretur via facinorosis hominibus iustus invadendi, si certi essent ab illidem non fore occidendos. Simili ratione hostes Machabæorum sabbato eos adorabantur, arbitrantes, licitum illis haud esse diei pungeretur. Contra tamen accedit, cum decretum fuerit legem in tali eventum obligare ad abstinendum bello necessario. Ne multa: Angelicus pacifissimus verbis solvit argumentum loc. cit. Plus teneor homo vitæ suæ providere quam vitæ alienæ. Sententia ergo D. Thomæ, &

caus.

communis Theologorum vera est, licitam sollicitudine defensionem propriæ vitæ, etiam si hinc sequatur invaloris occisio.

### §. III.

*De occisione calumniosæ ab conservationem honoris & fame. Quorundam Casualistarum opinionibus, ab omni humanitatis sensu abhorrentes, recensentur, atque refutantur.*

I. Probabilitatem quorundam Theologia, quæ, ut animadvertimus supra, ubique benignitatem iactat, in humani honoris defensionem tantam famæ simulacro litare non reformidet. Si documenta istorum Probabilitatum in honoris defensionem typis edita consulariur cum lege evangelica, quam Christus IESUS nos docuit, vix credibile videbitur, theorematæ adeo sanguinaria, & immania edi in lucem ab hominibus professione christianis potuisse. Quod ut palam fiat, eorum referamus opiniones.

II. Et primum rescribamus opinionibus quas in materia honoris novi Caluiste docuerunt, quales summi Pontifices Alexander VII. & Innocentius XI. proseripserunt. Alexander VII. sequentem damnavit propositionem, quæ est in ordine 17. *Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, ut suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicæ, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.* Hanc propositionem docuit P. Franciscus Amicus *dispositio. de iust. nom. 118.* P. Dominicus Vivæ in sua Tractata in hac 17. *prop.* contendit, P. Amicum diputacionis gratia propugnasse hanc sententiam, quam attribuit idem P. Viva Sancio, Navarra, Caramueli, & Sayro. Audistis? diputacionis gratia homicidia licita propugnantur? Typis eduntur principio dogmata? At quoniam, quæto, eni modo ad asserit P. Viva? cum hoc non indicet P. Amicus qui absolute, nullaque declaratione adiecta, hanc sanguinariam doctrinam in lucem publicis typis evulgavit. Si interpretatio P. Viva consisteret, quique promulgans errores, & hæreses, exulare se posset dicendo, se diputacionis gratia eas evulgasse. Doctrinam hanc P. Amici primus omnium excogitavit Caiphas dum dixit: *Expedi ut unus moriatur.* Hoc expedi tam ampliam continet

significationem, ut aptari cuique fere negotio ab improbis possit. Expedi ut moriatur qui laxis opinionibus bellum indicit, quæ illarum Auctoribus damnata inferi, quæ splendorem alicuius communitatis obtebrare impertis videtur. An non expedi ut periam privata immoletur, ne communitati infamia labes adspargatur? Ceterum, ut quam arbitaria, & omnino falsa sit interpretatio P. Viva, apparet, ob oculos reducamus propositionem P. Francisci Amici supra transcritam. « *Negari non potest quin saltem honorem famamque illam quæ ex virtute, & sapientia nascitur, quique verus honor est, iuste defendere Clerici, & Religiosi valeant, ac sepe debeant, cum hic sit proprius professionis ipsorum, quem si amittunt, maximum bonum amittunt. Nam per hunc reduntur famose ipsorum, & conspicui secularibus, quos sua virtute dirigere, ac in juvare possunt: quo sublato nec illos dirigere, nec juvare poterunt. Ergo saltem hunc honorem poterunt Clerici cum moderamine inculpate tutele ETIAM CUM MORTE INVASORIS defendere. Qui interdum, lege saltem caritatis, videntur ad illum defendendum teneri, si violatione propriæ fame integra Religio infamatur.* » Hæc ne diputacionis gratia dicta sunt? Quid quod Tomus P. Amici, in quo hæc doctrina continetur, damnatus a S. Congregatione indicis est? Hinc colligat lector quanti sint facienda interpretamenta P. Viva. Probabilitatum nonnulli laxa commenta evulgant, opiniones erroneas typis edunt, quæ lectorum mentes & animas inquinant. Cum autem ad evangelicæ doctrinæ tribunal revocantur, tum clamant, aut non esse sincere excerptas, aut alio in sensu, aut diputacionis gratia propositas fuisse. Verum, misso P. Amico, dico ipsum P. Dominicum Viva in commentariis præfata propositionis damnata quidam docere, quod, ut ego quidem arbitror, aut peius est, aut latentem æque noxiam ac propositio damnata. Quippe thesè proscripta ob enormia crimina, & magnam infamiam irreparabilem, calumniatorem occidendum asserit; at P. Viva ultra pergit, & magnitudine criminum, ac infamiae prætermita, statuit in aliquo casu aliquam dehonorationem iustitiam esse. Ideo toleranda potius in ALIQUO CASU ab innocente ALIQUA DEHONORATO quam permitienda defensionem ipsæ occisiva: loc. cit. num. 4. Ergo, excepto aliquo casu, absolute non est toleranda ab innocente aliqua dehonoratione. Ergo



Ergo gravis dehonoriatio, seu infamia absoluta in nullo ferenda erit. Quæ sane illationes sunt in relata propositione evidenter profecturæ.

III. Verum, ut luculentius compertam exploratamque habeas indolem probabililitate benignitatis, audias velim aliud eundem prolixæ sententiæ 17. commentarium, quod typis evulgavit P. Martinus Torrecilla in *prop. damn. num. 14. fol. 471*. Hæc sunt illius verba. In *propositione 17. damnata ab Alexandro primo, quæ atebat licere Religioso, vel Clerico occidere calumniatorem, gravia crimina in eas mutantem, si alio modo vitari non possit, non venit damnatum dicere, licitum illis esse calumniatorem occidere, quando actu iniuriosa verba in eos profert sane valde lesiva, si alia via non est tentata malum vitandi*. Subdit num. 22. *Inno nec damnatum venit dicere, solummodo esse peccatum veniale in Religioso, vel Clerico in casu propositionis damnatae occidere calumniatorem*.

IV. Sed pergamus adhuc, quandoquidem pergit Auditor ille, sic inquires folio 472. num. 9. in *propositione 18. ab Innocentio XI. damnata de occisione falsi accusatoris, falsi testis, & iudicis, a quibus in omnes damnatum quod evitari non potest, non venit damnatum dicere, doctrinam propositionis esse speculative probabilem; nec inhibendum dicere, quod, si prædictæ id fiat, tantummodo veniale peccatum erit*. Prosequitur P. Torrecilla scribens folio 473. num. 35. *Adhuc stante damnatione prædictæ propositionis 18. probabile est intelligendum veniri & propositionem, & eius damnationem de aggressore in ACTU PRIMO, & de aggressore in ACTU SECUNDO, seu de ACTUALI offensione*.

V. Undenam tam languinaria, tam immanis, & efferrata eripuit Theologia? Si Socrates, si Plato, si Demosthenes, si Cicero, si Seneca in vivis essent, quo impetu irruerent in eiusmodi Scriptores, qua verborum veritate, qua eloquentiæ ubertate, quo servandæ humanæ societatis studio doctrinam hanc crudelitissimam, Deo, Principibus, & universo humano generi infestissimam profigerent, lib. & aere, exterminarent? Nulla ergo consuetudo essent receptæ propositiones, cum suo se horrore proferbant. Scholasticam phrasim dumtaxat de *actu primo, & actu secundo* explicabo, ut clarius adductæ doctrinæ iniquitas pateat. Inquit ergo P. Torrecilla, *probabile esse (en ubique serpenter venificam probabilissimam luem) Alexandrum VII. damnasse dumtaxat propositionem, qua asseri-*

tur, licitum esse occidere hominem in *actu primo* aggressientem, id est hominem paratum, dispositumque ad impingendum fallum crimen; minime vero Pontificem damnasse aggressorem in *actu secundo*, id est qui re ipsa fallum crimen imponit. Peripice hæc, amice lector, quam verum sit quod sepe inculcatus, nempe unica arbitraria distinetinella plures iuniores Probabilitates delinere Romanæ Ecclesiæ saluberrima decreta. P. Torrecilla citat pro sua doctrina Pradum, Lugonem, Navarram, Bonacinam, Leandrum a SS. Sacramento.

VI. Quæst. I. Occidendum ne calumniator ob defensionem honoris magni momenti cum moderamine inculpate tutelæ? Resp. Adfirmant communiter Probabilitates, etiam post damnatas ab Alexandro & Innocentio propositiones. Quin hanc opinionem communem appellant Salmanticenses tract. xxv. cap. 1. punct. 4. §. 3. num. 99. Pro eadem referunt Molinam, Lessium, Fagandez, Valquez, Dicaillium, Tamburinum, Leandrum, Antonium a Spiritu sancto, Bannez, Lugo, Tapiam, Serram, Navarram, & alios. P. Dominicus Viva hanc eandem opinionem defendit *loc. cit. num. 12*. his verbis. *Constat demum occidi posse cum moderamine inculpate tutelæ invidiosum vitæ, pudicitie, in Honoris &c. Patritius Sporer tract. v. in 5. præcept. Decal. cap. 11. sect. 3. §. 4. hæc scribit. Etiam ad honorem necessarium tuendum vitæ honorato licere occidere iniustum, ac contumeliosum aggressorem, docent DD. communiter fere omnes: & sine dubio verissimum est in hac suppositione, quod vir honoratus in aliquo casu aliter ignominiam, vel contumeliam repellere, hocque sibi auterendum aliter tutari non possit, nisi occidendo aggressorem contumeliosum*.

VII. P. Carolus Antonius Casedini in *prop. damnat. disp. xlii. sect. 3. num. 15. R. Antecedens ab omnibus TT. admitti, nempe quod vir nobilis non tenetur vitæ, quin possit pro sui honoris tuitivæ causæ suam vocem exponere, & occidere aggressorem*. Valet ergo vir nobilis semetipsum, & aggressorem in infernum licite detrudere tuendi humani honoris causâ? Fallum est quod scribit P. Casedini, omnes Theologos hanc antiævangelicam, ut ego quidem arbitror, defendere doctrinam. Ex modernis plures etiam graves Probabilitates communiter illam propugnare verum est. Contra, Evangelium, Patres, Theologos Antiprobabilitates, qui scribere post damna-

damnatas theses, illam detestantur. Unam, ommissis ceteris, allegabo celebrem Lessitiam, quem loco La-Croix legendum vellem, P. Gabrielem Antoine tract. de iust. & iur. cap. brielem Antoine tract. de iust. & iur. cap. v. quest. x. Sophisticas cavillationes quibus P. Casedini eludit damnatas ab Alexandro VII. & Innocentio XI. theses, præterea breviter vitatis gratia.

VIII. Iustus sententiæ argumenta hæc sunt. Honor vitæ comparatur. Ergo, sicut ob vitæ, ita propter honorem defensionem licita erit invaloris iniusti occisio cum moderamine inculpate tutelæ. Accedit quod etiam ob honorum temporalium conservationem licet occidere raptorem. Porro honor, & fama prævalent his bonis, ut habetur Prov. xxii. *Melius est nomen bonum, quam divitiae multe*. Item Eccli. xii. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam mille thesauri pretiosi, & magni*. Denique miles, vel eques potest occidere iniustum invalorum, etiam facile mortem fugiendo vitare possit.

IX. Relata sententiæ, quæ inter Probabilitates communis est, ut mea præfert opinio, hostiliter pugnat cum Christiani spiritui, a lege evangelica conceptis verbis improbat, & ab Ecclesiæ scriptis est. Hæc omnia paucis evinco. Spiritus, & character Christianismi est spiritus caritatis, qua bonum pro malo rependitur. Audiamus ipsam Christum Dominum nos instruente Matth. v. *Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percussit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: ver. 39. & ver. 44. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in calis est: ver. 46. & 47. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutareritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti, sicut & Pater vester celestis perfectus est: & ver. 11. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Tandem Rom. xii. *Mihi vindicta, ego retribuam*.*

X. Quid si iustus referre vellem quæ Patres super recentis textibus scribunt? Nonnulla ex Augustino transcribam, qui *epist. cxxviii. alias v. ad Marcellinum* hæc habet. *Quanta vero præcepta concilia, non humanis disputationibus excussita, sed divina auctoritate conscripta, in Christi Ecclesiis legitentur, quis vel ab illa religione alienis, ita*

*servatus est, ut ignoret? Ad hoc enim & illa pertinent quæ malum exigant quam disferre, alteram percipienti præbendam esse maxillam, volenti inferre tunicam dandam etiam pallium, cum angariante duplicandam vitam. Hoc quippe fit ut vincatur bono malus; immo in bonum malo vincatur bono malum, & homo liberetur a malo ... Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit; ut tenetur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse quibus bene velle debemus; hinc liquido ostenditur quod ipse Dominus Iesus, exemplum singularæ patientiæ, cum percuteretur in faciem, respondit: Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me cadis? Nequaquam legitur præceptum suum, si verba intueatur, impletur. Neque enim præbuit percipienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat, voluntatem auget: & tamen paratus venerat, non solum in faciem percussit, veram etiam pro his quoque a quibus hæc patiebatur, crucifixus occidit ... Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda; ipsaque benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem multa, etiam cum iniustus benignus quodam asperitate plendens, quorum potius utilitatem consulendum est quam voluntatem. Duo docet Augustinus: primum, præceptum benevolentia esse interiori animo implendum; secundum extrinsecus id esse faciendum quod prodesse illis concipitur quibus bene velle debemus. Numquam autem prodest iniuratori occisio. Ideo nunquam propter honorem, famamve custodiendam occidendi sunt calumniatores.*

XI. Porro, ut evidentiùs fiat, quam sit hæc recentiorum Probabilistarum sententia de occisione invaloris propter honorem servandum, communi Christianorum sensui adversa, animo recolendum est, potissimum, ac unicam argumentum quod nituntur iniuriarum, & inimicorum ultores, non aliunde quam ex nimia honoris & famæ sollicitudine esse pettum. Ad nonne omnes facti Oratores, divini verbi præcones, dum omni exquisite eloquentia inducere erant Christianos offensus ad diligentes inimicos, ad condonanda iniurias, eo potissimum colluente orationis iustus, ut furile istud honoris mactærum, sub quo reguntur languinaria homines, penitus conterant? Nonne communitis est Christianorum piorum sensus, nihil duendum esse



esse illum mundi honorem qui nequit sine caritatis evangelice violatione ferari?

XII. Pro maiore autem veritatis huius manifestatione duplex honoris genus est distinguendum. Alter honor est qui ab operibus nestate dimanat, atque virtute ipsa comparatur: alter in hominum opinione est situs. Primi generis honor ille est quem Deus nobis commendat, seu bonum omnibus seclausis pretiosus. Ilius honoris cura nobis habenda est. Secundi generis honor est vanus, futillus, commentitius, atque adeo a viro christiano contemnendus. Fugam arripere ad evitandum mortem calumniatoris, qui famam calumniatoris inierit ledit, gloria est Christianorum.

XIII. Hinc sequentes propositiones P. Dominici Viva, P. Claudii La-Croix, ut Evangelio aperte contrarias, reiecit. *Potest quidem vir nobilis velentem impingere aliam, gladio impingere, & ut nulli docem, etiam defensione OCCISIVAM se defendere.* P. Dominicus Viva in tract. in prop. 17. Alex. VII. num. 0. Quoad ne hac propositio evangelice doctrinae, qua inbumur percipienti dexteram maxillam praeberet alteram?

XIV. Non minus antievangelica est haec altera: *Vir equestris non tenetur fugere aggressorem cum suo dedecore, sed potest ab illo se defendere defensione OCCISIVAM.* P. Viva loc. cit. num. 5. pag. 58.

XV. Evidens laxitatis plena videtur altera propositio, quam docet P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 1. num. 803. pag. 267. *Non tenetur fugere invasorem, si per hoc incurras gravem ignominiam.*

XVI. Tandem communis Probabilitatum opinio, qua ob honoris mundani defensionem occidendum calumniator asseritur, adversatur Evangelio, & ab Ecclesia proscripta est, tum in laudata propositione 17. Alexandri VII. tum in sequenti damnata ab Innocentio XI. quae est 30. *Fas est viro honorato occidere invasorem, qui mittit calumniam inferre, scilicet sua ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat aliam, vel fuisse percussus, & post impactum aliam, vel scilicet fuisse fugatus.* In hac, inquam, propositione damnata dubio procul mihi videtur lententia P. Dominici Viva, qui loc. cit. n. 12. pag. 60. haec scribit. *Constat demum occidi posse cum moderamine inculpatae tutelae invasorem vite, pudicitiae, HONORIS, honorum exteriorum magis valoris, & quidem etiam proximi, ad docent communitur cum Fillucio, Molina, Azorio, apud Dianam. Audistis? Communitur docent, & quidem apud Dianam.*

Pape! Ille est locus theologicus, unde suas auctoritates reperit P. Viva. Sed audiamus P. Patritium Sporerium, qui tract. v. in 5. precept. Decal. cap. 11. sect. 3. §. 4. n. 150. haec scribit: *Etiam ad honorem necessarium tuendum viro honorato licere occidere iniustum, & contumeliosum aggressorem, docent DD. communiter fere omnes: & sine dubio verissimum est in hac suppositione quod vir honoratus in aliquo casu aliter ignominiam, vel contumeliam repellere, honoremque sibi ascendendum alteri non possit, nisi occidendo aggressorem contumeliosum.* Etiam haec benignissima, sed sanguine plena, opinio communis dicitur.

XVII. Quod autem haec recentiorum lententia ab Innocentio XI. in citata prop. 30. sit proscripta, in verbis expressis, re saltem, ex sola collatione utriusque lententiae conitate cuique potest. Quod evidenter Evangelio contraria sit, etiam ex comparatione eadem cum textibus evangelicis alatis supra, patet. Fallitas istius laxissimae, & linguariae opinionis inde etiam colligitur quod honoris laesus nequeat aggressoris morte recuperari. Nam infamiam passus aut valet idoneo teste probare se iniuste fuisse infamatum, aut non. Si primum, mors aggressoris inutilis est: si posterius, mors aggressoris est mera vindicta, quae occidit infamiam confirmat. Quam valde igitur disparata sunt haec duo, honoris reparatio, & calumniatoris mors? Quomodo verum immo ad famam redintegrandam calumniatoris mortem nihil prodest?

XVIII. Postremum evangelica lege tendique constringere volo. Ante tolerantiam calumniarum, & fuga persecutionum infamiam est, aut secus. Si primum, ergo Christus constituit, iustitiae rem indecoram, & plenam infamiam, quod praecipit orandum pro calumniatoribus, porrigendamque maxillam finitram percipienti dexteram: Hoc autem asserere blasphemum est, & impium. Si secundum, tunc igitur unicum contrarie lententiae fundamentum. Sed, quod verum habet, dicamus. Fugere ab infamatore & iniuriolo homine, qui verbis, signis, aut etiam alapis, vel fuisse percussurum nobilem, & equestrum, dedecus, vitium animi natam, infamiamque redolet apud homines mundanos, vanos, fatuolique; secus penes christianae fidei professores, utriam demonstravimus. Quicumque vanum mundani illius honoris idolum venerat, renuntiat Evangelio, quod huiusmodi honoris contentionem praecipit, necesse est. Ergo recentia Probabilitatum lententiae aperte pugnant cum lege evangelica.

XIX

XIX. Explicemus paululum clarius Probabilitatum doctrinam, quam communem iactant. Vir equestris, & nobilis, si timoris & dedecoris notam se se incursum praevideat, fugere se committere non astringitur, inquit eruditi iuniores. Quid, si reapse vi adactus, ut vitae consulat, fugam arripit? Profecto infamiae labe aspersus est, illiusque dedecus publica notitia compertum. Alia via recuperandi honorem lesum non suppetit praeter reperculionem. Licita ne haec percussio erit? Quamvis aliqui eo laxitatis prolapsi fuerint, ut id assererent; negant tamen communiter hoc licere Probabilibus. Qua ergo via recuperandus erit tunc honor, & relaxiendi famae iactura? Repercussio esset actus vindictae, quae evangelico mandato prohibetur. Unicum effugium remanet, nempe recurrit ad iudicem. Quod si hoc non sufficit, actum est de mundano honore. Porro hoc non sufficere, homines mundani passim asserunt: quippe recurrit ad iudicem vilis, timidique animi nota censetur.

XX. Ex his omnibus colligas velim, nunquam occurrere calum aliquem posse in quo licita sit occisio calumniatoris ob honorem servandum. Quoniam honor in operum honestate situs, & a Deo commendatus, a maledicorum invidis linguis minime pendet. Honor vero in mundi opinione constitutus, iudicium simulacrum est, a viro christiano contemnendum. Defensio occisiva, quam licitam asserunt communiter Probabilita ob honoris custodiam, antievangelica est, utpote quae, contempto Evangelio, mundano fatui, & infortunio hominum chimaris indulget.

XXI. Quae II. Si quis non verbis modo, verum etiam alapa, vel fuisse hominem infamare percussor, adstringitur ne hic fugere, ne occidat invasorem? Resp. PP. Salmanticenses tract. xxv. cap. 1. punct. 4. §. 3. num. 71. respondent dicendum, quod si quis conetur proximum aliquem inhonorare percussione fuisse, aut alapa, tunc, si aliter hanc percussorem vitare nequit, poterit iniustum invasorem occidere. Quid, si fuga vitari occisio possit? Respondent n. 73. *Egredietur non teneri fugere cum dedecore, quando invaditur ab iniusto aggressore: quae assertio non videtur probabilis, ut ex dictis patet.* Subdunt tamen, le occisionem invasoris non defendere licitam praecise ob defensionem honoris, sed ob defensionem vite, quae ab invasore discrimini exponitur. Haec tamen adiciunt ibidem: *Vel quia non tenetur saluti proximi, quando iniuste invadit, consilium, se per fugam inhonorando.*

Quibus verbis innuere videntur, dedecori esse viro nobili arripere fugam, dum iniuste invaditur a calumniatore: quod dedecus subire minime tenetur, inquit ipsi, ut videtur defensionem occisivam calumniatoris, qui non verbis modo, sed etiam alapa, vel fuisse illum infamam.

XXII. Haec quoque opinio falsa, & improbabilius mihi est. Ad hoc ut licita sit invasoris occisio, fit oportet cum moderamine inculpatae tutelae. Porro inter condiciones necessarias ad inculpatam tutelam, una est quod occisio ita sit necessaria ad defensionem, ut nulla profus pateat via ad illam vitandam. Porro, si quis fugiendo declinare occisionem valeat, iam occisio non est absolute necessaria. Ergo fugae se dare tenetur. At, si fugae se committat, infamiam, & dedecus contrahit. Distinguo: infamiam, & dedecus vanum, commentitium, mundaorum hominum opinione nixum, verum habet. Sed hoc dedecus, haec ignominia gloria est Christianorum, honoreque summus. Contrahit infamiam veram, ex actionis pravitate profluentem; nego. Responso patet ex dictis. Quod autem subdunt, si alapa, vel fuisse percussor, distingendum patet est. Si invasus certo est ira invasoris, & ex eius modo percussio, ferendi, aut mutilandi praevideret se ab illo occidendum, si fugeret, eo quod audacior fieret invasor; tum postea se defendere, etiam ad usque necessarium defensionem sequeretur mors invasoris. Si vero fuga evitare posset invasori mortem, tamen si fuga subiret penes mundi invidiosos homines dedecus, & infamiam; arripere fugam deberet: quia ad hoc urget lex christiana. Nec est quod opponas, te non posse divinare, quanta futura sit hominis ira, & quousque processurus sit in percussione. Quoniam nunc ferio est, facta positio quod prudeniter iudicare valeas, fugam esse opportunam, & sufficientem ad mortem declinandam. Ceterum, si in ipso conflictu anceps sis, utrum fuga opportuna sit, sufficientia ad evitandam mortem; tum fortasse valet principium illud, *Melior est conditio innocentis.*

XXXIII. Hinc ergo colligas velim: quando fuga potes declinare mortem invasoris, si verbis, & lingua te infamantis, si ve alapis, aut fuisse percussus; semper ad fugam adstringeris, si ve plebeus sis, si ve nobilis, si ve Eques, si ve Religiosus: quoniam unica est Evangelii lex, unus Christianismi spiritus. Distinctumque Probabilitatum in hac materia vane sunt.

XXIV.



XXIV. Tam nonnulla ex iis quae latius disputavimus, conſideraria colligamus. Primum, laudatam Evangelii ſententiam non eſſe conſilium, ſed præceptum, quantum ad animi præparationem, ut ex Auguſtino ſupra dictum eſt. Secundo animadvertendum, non aliunde citatas opiniones, ſed honoris defenſionem, quam a ſuperbia, & proficiſci. Hæc quippe omnium peccatorum radix eſt, quæ altiorem in mortalium animis radices agit. Hæc vel ipſas ſanctiores animas obſedit, adoriſcitur. Honor, gloria, auræ popularis ſunt illius arma, quibus turbidos animos aggreditur. Huic capitali vicio humilitatis virtus adverſatur Chriſtianus humilis pro nihilo habet opprobria, & ignominiam ſuſtinere: ſuperbus e contrario honorem, gloriæque humanam anhelat, atque in eos iracundus qui eandem illi ſurripere, aut diminuire tentant. Hæc eſt tot vindictarum, occiſionum, & graviffimorum malorum origo. Quicumque hunc mundi honorem, gloriæque magni facit, verus Chriſtianus eſſe nequit, ut teſtatur Apoſtolus Paulus Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem.

XXV. Lubet pauca documenta Patrum iſtius pertinencia recenſere. D. Baſilius in Reg. hec. reg. xxxvii. hæc inquit. Reddere quidem, cui honorem, honorem iuſti ſumus, quæret æque honorem vetiti, cum Dominus dixerit Ioan. v. Quomodo, vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriæ quæ a ſolo Deo eſt, non queritis? Ex quibus intelligitur quod gloria ab hominibus quæretæ maniſiſſimum eſt argumentum impudicitatis, & animi alieni a cultu Dei, cum Apoſtolus dicat: Si adhuc hominibus placerem &c.

XXVI. Summa conſideratione digna funt quæ ſcribit D. Auguſtinus epiſc. lxxv. nunc xlii. Horum autem morborum mater ſuperbia eſt, & humana laudis aviditas, quæ etiam hypochriſim ſæpe generat. Huic non reſiſtitur, niſi cœcis divinum liberum teſtimoniis incutiatur timor, & caritas Dei, ſi tamen ille qui hoc agit, præbeat patientia, & humilitatis exemplum minus ſibi aſſumendo quam offerit, ſed tamen ab eis qui ſe honorant, nec totum, nec nihil accipiendo; & id quod accipitur laudis, aut honoris, non propter ſe, qui totus coram Deo eſſe debet, & humana condemnare, ſed propter illos accipientes quibus conſulere non poteſt, ſi nimia delectatione viſcetur. Ad hoc enim pertinet quod dictum eſt: Nemo o juvenutem tuam contemnat: cum hoc

ille dixerit qui alio loco ait: Si hominibus placere vellem, Chriſti ſervus non eſſem. Magnum eſt de honoribus, & laudibus inanium non letari, ſed & omnem pompam inanium præcidere, & ſi quid inde neceſſarium retinetur, id totum ad utilitatem honorantium, ſalutemque conferre. Non enim ſiſtra dictum eſt: Deus confringet oſa hominum placere volentium. Quid enim languidius, quid tam ſine ſtabilitate ac fortitudine, quod oſa ſignificant, quam homo quem male loquentium lingua debilitat, cum ſciat iſta eſſe quæ dicuntur? Cuius rei dolor nullo modo animo videri dilaniaret, ſi non amor laudis oſa eius confringeret. Preſumo de robore animi tui. Itaque iſta quæ tecum conſero, mihi dico; dignaris tamen credo mecum conſiderare, quam ſint gratia, quam difficultas. Non enim huius beſtis vires ſentit, niſi qui ei bellentia dixerit: quia eſt cuiquam facile eſt laude carere, dum denegatur; difficile eſt ea non delectari, cum offeritur: & tamen tantummodo in Deum debet eſſe ſuſpenſio, ut ſi non merito laudetur, corrigamus eos quos poſſumus, ne arbitrentur aut in nobis eſſe quod non eſt, aut noſtrum eſſe quod Dei eſt, aut ea laudent quæ, quæ nos non deſuit nobis, aut etiam ſuperſit, nequamquam tamen ſunt laudabilia; volut ſunt bona omnia quæ veliam poſſideri; habemus communia, vel cum impiis hominibus. Si autem merito laudamur, propter Deum gratuleremur eis quibus placet verum bonum, non tamen nobis, quæ placeant hominibus; ſed ſi coram Deo tales ſumus, quales nos eſſe credimus, & non tribuitur nobis, ſed Deo, eſt dona ſunt omnia quæ vere meritorie laudantur. Hæc mihi ipſe canto quædam, vel potius ille cuius ſalutaria præcepta ſunt, quæcumque ſive in divinis lectionibus inveniantur, ſive qui intrinſecus animo ſurguntur; & tamen vehementer cum adverſario diſcutiam ſæpe ab eo vulnera capio, cum delectationem oblatam laudis mihi auferre non poſſum.

XXVII. Viri ſancti, evangelicam legem apprime callentes, atque Chriſtiano ſpiritu probe inſtructi, non modo auram popularis, honorificæ mundani vanitatem contemnebant, & execrabantur, ſed vel ipſam oblatam laudem ob egregia facinora repuebant, quia de illis delectari, niſi in Deo, piaculum exiſtimabant. Quæ, amabo te, comparatio cauſificæ doctrinæ cum hæc Sanctorum Theologia? Illa ob vanum mundi honorem effundendam ſanguinem humanum docet: hæc calcandam, ut inane ſpectrum, mundanam famam, honoremque opinionem

minum nixum, inelamant; & ut parcatur carum humiliantibus, & perſequentibus, ſuadet, præcipit.

XXVIII. In hæc tamen materia, ſicut in ceteris omnibus, extrema vitanda ſunt, omninoque prudentiæ freno moderanda. Repetenda memoria eſt diſtinctio ſupra indicata duplicis honoris. Honor humanus, infantem mundi exiſtimatione parvus & ſultus, ſemper deſpicatur eſt habendus. Honor, & fama, quæ viri probi ſecernuntur ab improbis, ſemper curanda, ſervanda, & licitis viis ab iniquis male dicitur propugnanda. Noſtra intereſt non ſolum Deo, ſed & hominibus teſtimonio exhibere bonorum operum, iuxta illud Apoſtoli II. ad Cor. cap. viii. Providemus enim bona non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus: Quod & ad Rom. cap. xii. inculcat: Providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Hanc eandem ſuadet Chriſtus Dominus Matth. v. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.

XXIX. Poſſimum autem illi tenentur honorem, famamque propriam cuſtodire, & defendere qui ſunt alicuius ſocietatis membra, quorumque infamia in aliorum detrimentum cederet. Similiter Miniſtri, Prelati, Superiores omnes, quorum dignitas, & regimen vileretur eſt bona fame ſactura. Omnibus denique licita eſt propriæ fame deſenſio. Immo quandoque ob aliquas circumſtantias cuſtodienda, & ſervanda fame debitum urget. Lubet nonnulla ex Auguſtino hæc pertinencia tranſcribere. Hæc quippe ſanctus Doctor ſcribit Lib. de bon. vidit. cap. xxi. Nec audiendi ſunt ſive viri ſancti, ſive ſemine, quando reprehenda in aliquo negligentia ſua, per quam ſit ut in malum veniant ſuſpicionem, unde ſuam vitam longe abſeſe ſciunt, dicens ſibi coram Deo ſuſſicere conſentiam, exiſtimationem hominum non imprudenter ſolum, verum etiam crudeliter contemnentis; cum occidit mimas aliorum, ſive blaſphemantium vitam Dei, quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicit vita ſanctorum; ſive etiam cum exaltatione imitantium, non quod vident, ſed quod putant: Proinde quiſquis in criminibus flagitiorum; atque ſaciorum vitam ſuam cuſtodiit, ſibi benefacti; quiſquis autem etiam ſamam, & in alios miſericor eſt. Nobis etiam neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra; & utique etiam quod aliis miſtrantur miſericorditer ad ſalutem, ad noſtram quoque re-

dundat utilitatem. Unde non ſiſtra Apoſtolus, Providemus, inquit, bona, non ſolum coram Deo, verum etiam coram hominibus: Item dicit: Placet omnibus per omnia, ſicut & ego omnibus per omnia placeo, non querens quod mihi utile, ſed quod multis, ut ſalvi ſiant. In quadam fratrum exhortatione dicit: De cetero, fratres, quæcumque ſunt vera, quæcumque ſancta, quæcumque iuſta, quæcumque caſta, quæcumque cariffima, quæcumque bona fame, ſi quæ virtus, ſi quæ laus; hæc cogitate, quæ & didicitis, & accepit, & auditis, & viditis in me. Coram, quemalmodum inter multos quæ quæcumque communit, non neglexerit poterit quæcumque bonæ fame, dubiusque vobis cunctis conſiderit, ubi ait, Si quæ virtus, ſi quæ laus. Ad virtutem namque pertinent quæ antea memorati bona, fama vero ad laudem.

Pato quod non laudem hominum pro magno ſunabat Apoſtolus, alio loco licens: Mihi autem minimum eſt ut a vobis iudicet, aut ab humano die: & alibi: Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem: & iterum: Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Sed illorum ditorum, id eſt bonæ vite, & bonæ fame, vel, quod breviter dicitur, virtutis, & laudis, unum propter ſeipſum ſapientiſſime retinebat; alterum propter alios miſericordiſſime providebat. Sed quoniam quarantibus humana cavet ſuſpicionis malevolentiffimas non poteſt ex parte vitare, ubi pro exiſtimatione noſtra, quidquid recte poſſumus, fecerimus, ſi aliqui de nobis vel male ſingendo, vel male credendo, famam noſtram deſecrare conantur, aſſiſt conſcientia ſolatiū, planeque etiam gaudium, quod merces noſtra magne eſt in cælis, etiam cum aliqui homines mala multa de nobis, pie tamen, inſteque circumbis. Illa enim merces tantquam ſpentiſſimum eſt militatium per arma ſuſſicite, non ſolum dextera, verum etiam ſiniſtra, pro gloriæ ſuſſicite, & ignobilitem, per infantiam, pro bonam ſamam. Agite itaque cuſum veſtrum, & perſeveranter curate, ut comprehendantis, & exemplo vite, exhortationisque ſermone rapite in eundem cuſum veſtrum quæcumque poteritis.

XXX. Similia ſcribit Hieronymus Lib. II. epiſt. xci. Quod ſi dixerit: Mihi ſuſſicite conſcientia mea: Deum habeo iudicem, qui meæ vite eſt teſtis: non curo quid loquantur homines: aſſi Apoſtolus ſcribens: Providentes bona non tantum coram Deo, ſed & coram omnibus hominibus. Plura ex aliis Patribus iſtuc aſſere poſſem, quæ brevitatis gratia miſſa ſunt.







non licere **REGULARITER**, esto in aliquibus circumstantiis possit licere. Plurimi sunt homines qui ingens damnum subeunt ex iactura unius aurei, non secus ac artifex ex amissione instrumenti sui. Isti secundum P. Vivam poterunt occidere furem litus aurei. Sartor unicam habet aciem, qua consuendo vestes sibi, familiarique comparat alimentaria. Invidetur a raptore. Ne hoc suo instrumento privetur, raptorem occidit. Reus ne homicidii erit? Nequaquam, iuxta doctrinam P. Viva. Vita ergo hominis uni acui, aut alteri infimi pretii instrumentum postpendenda aliquando erit? **Regulariter** non est occidendum fur ob iacturam unius aurei, nimirum si privato aurei non inferat grave detrimentum. Quin non solum ob amissionem unius aurei, sed etiam quicunque instrumenti necessari ad panem comparandum, licita erit hominis occisio? Quid, si instrumentum istius valor tenuis admodum esset, paucorum obolorum? Hæc omnia materialiter se habent, inveniunt docti iuniores. Necessitas & ægestas spectanda est artificis, qui absque illa acie, aut forbice, aut alio instrumento nequit artem suam exercere. Quis non perhorrescit audiens licitum esse ob unicum vilissimum instrumentum effundere humanum sanguinem? Iuniores nostri exillimant laxissime, & sanguinarie doctrinæ se satis cavere hoc furore necessitatis illius instrumenti ad vitam sustentandam. Sub hoc inani pigmento dilatant laxitatem, sanguinis plenam, exquisita subtilitate. Ubi nam gentium sumus? Si fur, aut scarius eriperet alicui artificis fure artis instrumentum: adeo ne difficile foret artificis reperire aliud instrumentum, quo artem suam exerceret? At P. Viva, inquit, loquitur in hypothesi quam nullum aliud instrumentum inveniri posset, & illud alioquin necessarium foret ad vitam sustentandam. Cavillationes istæ sunt, & effugia, ut sic blandius laxitas diffundatur. Primum P. Viva constituit thesım absolutam, quod si iactura unius aurei inferat ingens damnum alicui pauperi, licita sit ipsi defensione occisiva: en ipsius verba: *Si aliquando amissio unius aurei foret alicui pauperi ingens damnum: post adiecit exemplum artificis: ut si artificis tollatur instrumentum suæ artis &c. tunc poterit illud defensione occisiva custodire.* Hæc doctrina, ut ego quidem arbitror, parum, aut nihil differat a damnata propositione, & si ita loqui fas est, videtur censura digna; tum quod propter instrumentum exigui pretii occidendum furem doceat; tum quod propositionem damnatam eliquat duplici via. Statuit

enim primo, quod si furta unius aurei grave non asserat domino detrimentum, tamen si fur, vidente domino, aereum unicum furripit, & verbum contumeliosum in dominum nobilem proferat, tunc sine culpa necatur fur. Pergit deinde, quod si fur modestus sit, nullumque verbum iniuriosum enuntiet, occidit nihilominus iure valet, si furta unius aurei ingens damnum inferat pauperi, cui furripitur. Hæc doctrina & absolute spectata falsa est, & relate ad praxim cadibus, homicidiis, & humani sanguinis effusioni viam aperit lassissimam. Neque reponas, hæc absurda, incommoda, & flagitia non ex doctrina, sed ex malitia hominum profluxura; quoniam ego respondeo, ex utroque principio, nempe & ex doctrina nimium laxa, atque ab Evangelio longe multumque abhorrente, & ex hominum iniquitate præfata incommoda, & credes proficisci. Malitia quippe humana occasio ellaxandi doctrinam; & doctrina laxa roborat, auctore hominum iniquitatem.

VI. Ex his que dicta sunt, colligi potest aliud argumentum adversus oppositam sententiam. Cur Ecclesia damnavit propositionem defendentem occisionem licitam furis ob conservationem unius aurei? Quia scilicet unius aureus comparate ad vitam humanam nihil reputatur. Requiretur ergo proportio inter vitam & pecuniam, ut ob pecuniam, que eripitur, vita possit auferri. At, sicut certum est proportionem nullam esse inter pecuniam & vitam, quantumvis pecunia multiplicetur, quia vita bonum est valde melius & excellentius; ita fit consequens, namquam ob quantumvis pecuniam licite hominem occidi posse. Alioquin, semel admisso quod pro viginti, aut quinquaginta, aut centum aureis occidi possit; continuo inferatur, licitum quoque fore eundem occidere pro unico tantum aureo: quia unius aurei furta minus detrimentum inferat pauperi quam asserat diviti centum, aut mille aureorum oblatio. Hinc etiam consequitur, eum duo corollaria ferre necessaria, illæ duæ propositiones ab Innocentio Pontifice damnatæ: altera nimirum, asserens licitum esse defendere defensione occisiva non modo ea que actu possidentur, sed etiam ea que ius habentur; & altera, que occidendum etiam docet illos qui impediunt ne hereditas adeatur, aut obtineatur cathedra, vel præbenda. Eodem namque principio quo nititur adversa sententia principalis de furto occisione ob divitias servandas, re-occurunt quoque præfate duæ propositiones damnatæ. Siquidem non modo eorum que possi-

possidemus, verum etiam eorum ad que ius habemus, privato grave, & ingens incommo- dum adferre solet. Ergo si grave detrimentum quod patitur ex privatione presentium, fas est ad ad licitam occisionem furum; consensit quoque defensor, grave detrimentum, quod recipit ob impedimentum assequendi ea ad que nobis ius inest, sufficientem fore licite defensionis occisiva rationem.

VII. Contraria sententia, que propugnat licitam furis occisionem ob conservationem bonorum que sint magni, non exigui valoris, quorumque recuperatio apud iudicem sperari nequeat, communior est inter recentiores Theologos: quorum hæc sunt argumenta. Exod. XXII. hæc habentur: *Si effringens fur domum, seu sufficiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit; percussor non erit reus sanguinis.* Addunt verba Ciceronis in orat. pro Milon. inquitur: *Hæc lex, non scripta, sed naturalis, ut latrones, & insidiatores vitiarum in defensione bonorum occidere possimus.* Accedunt leges canonice. Siquidem cap. Interfocilli 2. de homicidio, eundem homicide iuncta suadentur, non ut penitentia necessaria sed ut salubre consilium. *Si autem sine odi meditatione te, tuæque liberando, huiusmodi diaboli membra interfocilli; si aliquid ieiunare volueris, bonum est tibi, & elemosynam fac largiter.* Item Innocentius IV. approbas interdictum latum ab Episcopo Pictaveni adversus Ballivum bonorum Episcopi usurpatorem, hanc assignat rationem: *Cum omnes leges, omniaque iura vim vi repellere, cunctisque se defendere permittant; sicut utique ipsi Decano, si prædictus Ballivus eum bonis suis mundanis iniuriose expellere, vel ea violenter occupare presumpserit (ut lapsus est expressum) contra illius violentiam, interdicamque se suori.* Hinc inferunt, etique vel Religioso, & Sacerdoti licitam esse defensionem bonorum etiam occisivam.

VIII. Ratione quoque arguunt hoc passio. Cui contestata est finis affectio, permittitur quoque est ea procurare media que ad talem finem perducunt. Bona temporalia media sunt ad vitam humanam alendam, servandamque. Ergo qua ratione licitum est conservare & tueri vitam propriam, etiam cum occisione invaloris, eadem licitum erit occidere raptorem bonorum temporalium. Accedit. Quamquam vita spiritalis proximi sit superioris ordinis; hoc tamen non oblat quominus licitum sit occidere invalorem vite corporalis. Ergo, licet bona temporalia sint inferioris ordinis, id non oblat quin li-

ceat auferre vitam furii rapienti eiusmodi bona. Tandem, si fures impune possent aliena bona furripere, omnia plena essent furis, & rapinis: quod profecto in detrimentum Reipublicæ, & communis tranquillitatis perturbacionem cederet.

IX. Hæc sunt prioris sententiæ ad eiusmodi argumenta responsa. Ad primum ex Scriptura facilis responsio est. Sermo iste est de fure nocturno, in quo non modo auferendi bona, verum etiam occidendi intentio præsumitur. Idque ex immediato contextu colligitur. *Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur.* Homicidii igitur reus est qui furem diurnum occidit, penaque mortis plectendus. A reuidentem valoris sunt bona, five diu, five noctu auferantur. Non ergo ob solum bonorum ablationem permittit esse nocturni furis occisio (alioquin etiam fur diurnus permitteretur occidi) sed ob presumptionem voluntatis in ipso coniungendi furum cum homicidio. P. Calmet in commentariis ad citatum textum hæc animadvertit: *Licere nocturnum furem interficere, quod rationabiliter vereri possumus quod nobis vitam velit eripere. Hæc veluti reliquia licitæ veteris iuris omnibus hominibus communis, quod licebat ob acceptam iniuriam ulcisci, antequam populi ius tum in principum, ac magistratum manu depositisset. Leges in hoc casu, quodam modo in privatorum manu collocant arma, ut queant interficere in persona illorum qui eos noctu aggrediantur, non modo ob privatos inimicos, verum etiam publicos quæ pocius hostes; atque in hoc sensu affertur, eos nequaquam occidere private auctoritate, sed legitima magistratum legitime auctoritate, que depositarie iuris quod habet Deus super hominum vitam. Hæc homicidiorum generis Ecclesiæ patitur, nec desunt Scholastici, atque Interpretes qui doceant, salva conscientia, furem interficere posse, vel alium quempiam qui nos aggressum vitam abrepturum, cum iacturam illius aliter nequeamus evigilare.* Sed Augustinus optime ait Lib. I. de lib. arb. cap. v. *Legem quidem non reprehendo, que tales permittit interficere; sed quomodo ipsos qui interficiunt defendendam, non invenio.* Re quidem vera quam ulservare poterit esse hominem interficiens, ut fuit ea que religio nos aspernari vult? Evangelium patientiam prædicat, & Patres docere semper, non licere quemquam interficere. Homicidium voluntarium generatim dam-



„manat, & sine ulla restrictione, „Hactenus P. Calmet. Iudicium meum in animadversione sub finem *dis.* adicienda exponam. Ad textum allatum ex Cicerone respondent, Romanos tulisse leges, quae privatis permittebant occisionem furum qui simul vitæ infidiabantur. Patet ex *l. 9. ad legem Corneliam. Furem neciurium si quis occiderit, ita demum impune feret, si parceret ei sine periculo suo non poterit.* Nihil ergo emolumentum hinc colligere adverteri valet. Immo ipse civilis leges improbandas occisiones latronum qui abique vitæ hominum periculo bona temporalia surripunt. Accedit, suprema potestates legem condere posse, qua subditis licentiam faciant occidendi publicos Reipublice perturbatores, & facinorosos homines qui civili commercio infidiantur. In eua positione, non privata, sed publica auctoritate latrones occiderentur. Ad canonum testimonia facilis, & obvia responsio est. Siquidem *cap. Interdicti* fermo est de invalore, non bonorum modo, verum etiam vitæ: dicitur enim *te, tuaque.* Distinctio, quam huic textui affugit Probabilistæ, arbitraria est. Quare perdoctus Fagnanus animadverit, primam particulam illius textus, *Interdicti furem, aut latronem,* explicari debere per posteriorem, iuxta textum in *L. Quemadmodum;* ita ut sensus sit: si interdicti furem, qui te, tuaque invalerat, qui tamen comprehendi poterat absque occisione, age, penitentiam: si autem comprehendi minime poterat, & tu interdicti, *te, & tua liberando;* penitentia non astringitur, nisi ad cautelam. Aliud *capus* nullum facessit negotium. Quippe ibi fermo non est de occisione, sed de expulsiōne usurpatoris citra occisionem. Quod adeo verum est, ut Pontifici Decano Aurelianensi approbaverit ulum armorum spiritualium adversus præpotentem invalorem. Ut quid autem consugisset Decanus ad excommunicationem, & interdictum, si licitam existimasset corporalem occisionem?

X. Ad primum argumentum a ratione petitarum respondent, bona temporalia utique esse media ad vitam alendam, conservandamque. Verum negant hæc a fure ita auferri posse omnia, quin sufficientia supersint ad vitam sustentandam. Pauperes bonis carent; sed patrimonium in divina providentia firmum habent. Argumentum istud ad summum evinceret, tunc dumtaxat licitam esse invalorem bonorum occisionem, quando hic omnia omnino bona auferret; ita ut nihil remaneret spoliato, quo vitam aleret. Porro

hic non sinit argumentum; sed occisionem valoris fur surripit, tamen pingue patrimonium superstit invalo, quo vitam sustentare commode valeat. Igitur vitæ sustentantur inier ut latro ita spoliat hominem bonis temporalibus, ut hic interire cogatur ex bonorum defectu. Quod si adverteri usere persistant hunc metaphysicam casum, tunc alia via planissima repellendi sunt. Admissa enim difficilissima hypothesis quod latro ita demum re contenderet hominem bonis omnibus, ut iis ablati necessario mortem oppeteret cogetur, tum eveniret quod canon laudatus narrat, nempe latronem *te, tuoque* invadere: atque adeo licitam esse defensionem occisionem ob vitæ propriæ conservationem. Ergo argumentum factum aut nihil vincit, aut evincit, non propter bona, sed propter vitæ propriæ custodiam occidendum latronem esse.

XI. Ad secundum argumentum respondent, utique vitam spirituales latronis bonum esse superioris ordinis, & vitam temporalem aggressi esse bonum ordinis inferioris. Sed quid inde? Hinc inferit D. Thomas post ceteros Patres, licitum nunquam esse privatæ auctoritate intendere mortem proximi; sed solum licitam esse intentionem qua quis constituit defendere vitam propriam, licet ad illius vitæ defensionem præter intentionem sequatur occisio invaloris. Quare, si vix ob vitæ defensionem in praxi contingit aliquem inculpate occidere invalorem, quid dicendum de occisore invaloris bonorum? Vita humana inter bona creata naturalia supremum locum tenet. Divitiæ autem infimum locum habent inter naturalia bona creata. Ergo fallax est argumentatio ab uno ad alium ordinem. Si bona divitiarum esse eiusdem ordinis cum vita humana, tum argumentatio aliquid inferret; verum, cum sint alterius, & valde inferioris ordinis, argumentatio evidenti labor fallacia. Conservatio vitæ propriæ a natura indita est: sapientie annexa est vitæ spirituali. Si enim qui invaditur, inquinatus sit noxa aliqua mortali, est eiusdem, immo quia innocens respectu consuetus, superioris est conditionis ac invalor. Ne multa licet custodire vitam humanam, quæ est cuique inter dona ordinis nature supremum bonum, etiam cum indirecta occisione invaloris. Ergo hæc ratione licitum quoque erit occidere invalorem bonorum temporalium, quæ sunt ordinis valde inferioris? Consequentia falsa est, non secus ac ista. In sententia adversariorum licitum est occidere in-

valorem rei magni momenti. Ergo licet occidere invalorem pecuniæ exigui valoris. Probob consequentiam. Quamquam vita corporalis sit exigui valoris relate ad vitam spirituales; nihilominus licet occidere aggressorem vitæ corporalis, etiam si sequatur iactura vitæ spiritualis eiusdem. Ergo potiori iure, quamvis pecuniæ sit exigui valoris comparata ad millia aureos, fas erit interficere raptorem illius. Plus namque dilat valor totius auri & argenti a pretio vitæ humanae, quam dilat valor unius oboli a valore ingentis teluri. Et tamen argumentatio non tenet. Licita est occasio furis mille aureorum: ergo & occasio furis unius oboli. Igitur neque argumentatio ista consistit: Licita est indirecta occasio invadentis vitam humanam: ergo licita quoque erit occasio invadentis bona. Quare potissimum argumentum cui innititur contraria sententia, mera fallacia est. Ad ultimum respondetur, nequaquam hoc modo aperiri viam latrocinii, & rapinis. Numquid, quia Ecclesia prohibet adulteræ deprehensio in ipso delicto occisionem, viam aperit adulteriis, vel aduocatores efficit adulteros? Pena constituitur in latrones sunt; & suprema potestates vigilant in eorumdem punitionem. Plura quippe sunt instituta supplicia ad furta impedienda. Ex adversa autem sanguinaria opinio plurima sequuntur homicidia cum publicæ tranquillitatis perturbatione.

XII. Hæc sunt utriusque opinionis argumenta. Si quod ipse sentio, exprimere volo prior sententia Evangelio, Patrum doctrinæ, spiritui Christianiorum conformior videtur, mitigue sane probabilior. Quid quod vel ipse suprema potestates neminem laqueo suspendunt ob furum decem aut viginti aureorum? Et christiani Theologi ob usurarios furum, si ingens damnum inferat, homines morteprestandos esse decernunt? Hæc proinde que sequuntur, iuniorum dogmata, tanquam omnino laxa, reicienda sunt.

XIII. „Sicut licet vitam defendere, ita etiam bona externa, quæ vitæ sustentationi, STATUS, HONORISQUE conservationi deserviunt. Immo hoc etiam Clericis, ac Religiosis licitum est. „P. Viva in *Tract. in prop. 17. Alexandri VII. n. 10.* Hæc opinio damnata est ab Illustrissimo Clero Gallicano anno 1700. tanquam *legi Dei, ordini caritatis divinitus instituto contraria. & ut perniciofa, & erronea.*

XIV. Laxam quoque, & fallam censio sequentem doctrinam P. Lessii *Lib. II. de iust. cap. 18. dub. 11. n. 74. & 75.* „Si re

„accepta, fugias; tunc postum insequi, & ferire; vel si necesse sit, eminus telo petere; si invadas res meas per famulum, & vel arte magica per daemonem, nec alia ratione quam necesse tua possit impediri; „conjuraveris in mea damna; impediatis iniure meos debitores, ne mihi satisfaciant; si falsa accusatione, vel falso testimonio me fortunis coneris evertere, nec alia ratio indignata est in rebus propositionibus, proferribus ab Innocentio XI. & partim vi rectæ ratiocinationis proferenda insertur.

XV. Fallam quoque, & perniciosam reptolequentem sententiam, quam docet P. Ludovicus Molina *T. IV. tract. 111. disp. XII. n. 2. de iust.* „Arbitror fas universim esse interficere eum qui nos interficere decrevit, quando aliter non patet via evadendi mortem, graviter periculum mortis, quod nequitia illius ex eo decreto nobis imminet, sive qui id ita decrevit, dicendus iam aggressor sit, sive non: *id enim questio est de vocabulo.*“

XVI. Horroris plena est sequens sententia, quam defendit Leander a SS. Sacramento *P. V. tract. 11. disp. XII. q. xx.* „An ex eo solum quod aggressor veniat, & accedat cum armis contra aliquem, verisimiliter causa offendiendi, postquam aggressus licite, & sine irregularitatis nota eum occidere? „Probabilis longe respondent, posse licite, & sine periculo irregularitatis eum occidere. „re; dammodo probabiliter, prudenterque iudicet ad ipsum offendiendi causa, vel occidendi venire.“

XVII. Plures alias falsissimas opiniones breviter hicatio omitto: tum quia plures relate fuerunt initio disputationis tum quia ex his que dicta sunt, confusate remanent.

XVIII. Disputant docti iuniores super quantitate bonorum necessaria ad licitam furis occisionem. Conventit penes omnes non esse occidendum furem ob rem levioris momenti. *Quia,* inquit Lessius *Lib. II. de iust. cap. 18. dub. 11. n. 68. pag. 7. pro re minima non videtur concessum ius defensionis cum tanto alterius malo. Est enim valde iniquum, ut propter, vel etiam uno auro servando alieni vita auferatur. Si tamen tibi venteretur probo, nisi rem furi extorquas, posses conari, & si opus esset, etiam occidere iuxta Sotum: tunc enim non tam rei, quam honoris esset defensio. Igitur, si vi tibi quippiam pomum, vel aprem et manibus extorquere perterret, poteris resistere; & si opus fuerit, illum oc-*



cidere ob defensionem honoris, quem amittentes in unius punit, vel auri violenta rapina. Vin' suaviorum probabiliter. Hi sunt qui clamant: *Inquit, meum furis est.*

XIX. Adhuc tamen, ad licitam occisionem necesse esse ut spes desit recuperandi rem furto sublata in iudicio. Si enim speras te forte recuperaturum bona tua in iudicio, non potes furem occidere. Subdit tamen P. Lellius *loc. cit. n. 70. & 71.* occidendum esse furem, quando in iudicio non potest nisi magnis molisibus recuperari. Immo adicit hoc quaesitum. *Potes, an sit contra iustitiam, si furem procul fugientem conficias, quando res iudicio est recuperabilis? Resp. Verius videtur non esse, ut docet Caietanus art. 7. & colligitur ex dictis: quia quisque ius habet defendende sua possessionis, etiam crucis, quantum furem habet in conspectu. Hinc conlequitur, quomocumque hominem esse supremam potestate intratum. Si enim etiam tum licet occidere invadentem iura aliena, bonaque sapientem, cum via patet recuperandi eadem bona apud legitimum iudicem; consequens est profecto iustitiam esse omnia iudicia, iuxta quippe hanc novam, & universae antiquitati incongruam doctrinam, quisque iudex supremus est vitae, & moris. Neque pluribus opus est, ut tam manifestam laxitatem labefactemus, qua licitum propagatur quod est humanae societati maxime perniciotum.*

XX. Sed adhuc integra manet inter recentiores Theologos controversia, quamvis videlicet quantitas necessaria sit ad licitam furis occisionem. Salmanticenses *tract. xxv. cap. 1. punct. 4. §. 4. n. 86.* recentent varias Theologorum sententias. Ludovicus Molina *Tom. II. tract. 111. disp. xvi. n. 6.* assignat unum aureum, aut quod minus, si, resiliens domino, furtivatur. Nullum tribunal vel Ethnorum hominibus vitam admittit pro re adeo exigua. Quare hae opinio damnata fuit ab Innocentio XI. in hac propositione 31. *Regulariter occidere possunt furem pro conversatione vitae auri.* Alii assignant duos aureos, alii tres, alii quatuor, alii quinque. Vix unus benignitatem probabiliter ad eo dilatat, ut ad quandatorem decem aureorum peringat. Laudati Salmanticenses *loc. cit. num. 87.* omnes re latas opiniones ut probabiles reputant, excepta damnata ab Innocentio. Verum & haec probabilis reputaretur, nisi damnata fuisset. Probabiliter tamen reputant sententiam Scoti, assentient non esse occidendum furem pro valore quatuor, aut quinque ducatorum.

XX. Ego, ut dixi, vix concederem, casum reperiunt iri in quo licita esset furis occisio ob solam meranque rerum defensionem. Tamen, admitta etiam hae sententia, omnes relate opiniones mihi improbabiles, & falsae sunt. Quodnam, quaelo, tribunal ad mortem damnat furem ob simplex & purum furtum decem, aut viginti, aut quinquaginta, aut centum etiam aureorum? Lata utique alicubi lex est adversus insidiosos, & gratulatores viarum, vulgo dictos *Assessini*, quos ob artem insamem, crudeliumque quam exercent, ob furtum etiam parvum laqueo suspendendos decernitur. Alibi etiam ob gentis alicuius nimium propensae ad furtum, poena mortis constituta est vel ob leviam furam propter boni communis conservationem. Ceterum sentus ipse communis hominum, praecisus peculiaribus circumstantiis, non permittit hominum occisionem ob furtum sicut pecuniae quam praesertim Theologi ad licitam occisionem. Quid ergo dicendum? Respondeo, ne nullo pacto induci posse ut resiliens licitam hominis occisionem ob solam pecuniarum ablationem. Tamen, admitta etiam probabiliter adversae sententiae, dicerem, nunquam licere homicidium ob furtum duorum quatuor, aut sex, aut decem aureorum. Quoniam homo facile sibi prospicere potest, ut brevi talis furti iacturam laboribus, industria, aut alio licito modo compentet. Rigida haec sunt, inquis. Dulcia haec esse respondeo christiana legis documenta. Quid si via pauperis consistere haud posset, illa pecunia sublata? Iam diximus supra calum esse metaphysicum. Tamen, etiam eo admisso, tum non pro sola pecunia, sed pro vite defensionem, occisio licita dici posset. Revolve omnino Parum opera; & vix invenies pro vite defensione permiffam ab ipsis invalorum occisionem. Nova autem Theologia eo devenit, ut pro sex, pro quatuor, aut pro duobus auriis homines occidendos doceat.

XXII. Itaque, si permittendum privatis hominibus homicidium ob rerum defensionem aliquando esset, tum solam licitam dicerem, cum fures domos expiant, viatoribus insidiantur, infamemque professionem exercent in gravissimum boni publici detrimentum. In his enim casibus, & contra eiusmodi laterones, & gratulatoresque exitum a supremis potestatibus legem reple, si verbis expressis, latam esse, qua factas singulis quemadmodum adversus banditos, impertitur occidendis, si milites latrones. Et tunc homicidium fieret non privata, sed publica auctoritate.

In

In his, similibusque casibus fortasse homicidia furum, & latronum licita erunt. Ceterum recum serio animo reputa, christiane lector, quam sic moderna Theologia crudelis, & sanguinaria. Christianus frater tuus eodem infinito pretio redemptus, fame, penuria, necessitate urgente adactus, occasione oblata, nec numeros aureos tibi diviti furatur. Furtum istud tibi utique gravis est detrimenti, minime tamen talis, ut in necessitatem te coniciat. Et tu ob servandos hos paucos nummos, non ad naturam, sed ad statum dumtaxat aliquantum necessariis effundere sanguinem fratris tui licite poteris? Et ob haec temporanea, fugacia, vanaque bona, quae lex christiana toties contemnenda inculcat, licita erit fratrum occisio? Dices, haec esse pias, devotissimae exclamations. Ego vero reponam, adversas opiniones redolere animorum non benignitatem, sed serinam crudelitatem. Reponam eas esse novae probabilis immaniam, truculentaque commenta, pugnantia cum evangelicae caritatis lege, & communis Patrum doctrina, ac traditione.

XXIII. Queres: *Quid, si fur rem ablatam in tuto possidet? Licitum non esset vi eandem auferre, furemque resistente occidere?* Resp. Admittant plures Probabilitate, Valquez *de restit. cap. v. §. 1. dub. 8. n. 44.* Lellius *Lib. II. de inst. cap. ix. dub. 11.* Lugo *de inst. Tom. I. disp. x. sec. 9.* Leander *de irreg. disp. XIII. qu. ix.* Tannerus, Diana, & alii.

XXIV. Contraria sententia vel penes ipsos Probabilitas prohibitor est, mihi quae vera. Si enim non licet occidere iniustum bonorum invaluorem, multo minus licebit iniustum detentorem necare. Hanc sententiam docti conceptis verbis D. Thomas 2. 2. qu. lxxv. art. 5. ad 3. *Qui furtim accipit rem suam apud alium iniuste detentam, peccat quidem, non quia gravet eum qui detinet (& ideo non tenetur ad restituendum aliquod, vel ad recomponendum) sed peccat contra communem iustitiam, dum ipse sibi usurpat suae rei iudicium, iuris ordine praetermissa; & ideo tenetur Deo satisficere, & dare operam, ut scandalum proximorum, si inde ortum fuerit, sedetur.* Si iniqui rerum detentores licite occidi possent, plenus homicidiorum mundus esset: tribunalia vni superflua essent. Non enim hae ereda sunt pro solis dubis super possessione rectoris, sed pro quacumque possessione transferenda ab uno in alium. Licet enim res ablata absolute sit domini, clameque ad dominum; quando tamen a fure possidetur, per solam iudicem revocari

ad dominum debet. Et quoniam haec comperita sunt, non debent latius disputari.

## §. V.

*Licita ne sit occisio invadentis pudicitiam, vel sui ipsius ad vitandum peccati periculum.*

I. Adfirmant communiter recentiores Theologi; sed oppositum aperte docet Augustinus pluribus in locis, potissimum *Lib. I. de lib. art. cap. v.* ubi haec habet. *De pudicitia vero quis dubitaverit quin ea sit in ipso animo constituta, quandoquidem virtus est? Unde a violento supratore eripi nec ipsa potest. Quidquid igitur cepturum esse ille qui occiditur, id totum in potestate nostra non est. Quare quemadmodum nostrum appellandum sit, non intelligo. Quapropter legem quidem non reprehendo qua tales permittit interfici; sed quo pacto istos defendam qui interficiunt, non morari.* Item *Lib. I. de civi.* *Dei pluribus capitibus improbat licitum ob peccatum futurum vitandum. Cap. xviii.* improbat illorum sententiam qui permittunt feminas se occidere, ne a violentis supratore violentur. *Quis tandem, inquit, sana mente putaverit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua excrucietur, & expleatur libido non sua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profecto pudicitia virtus animi non erit. . . . Quocirca proposito animi permanente, nec quod etiam corpus sanctificari meruit, nec ipsi corpori auferat sanctitatem violenta libidinis aliena, quam servat perseverantia continentia sua.* Hinc *cap. xix.* inveterit contra Lucretiam, quod se peremerit ob illatum sibi stuprum. Quoniam, inquit, illud licitum argumentum est eundem in adulterium confessionis. Audiamus acutram illius argumentationem. *Peruntamen, si forte ita est, falsumque est illud quod duo fuerint, & adulterium unum admitti; sed prius ambo adulterium commiserunt, unius manifestata invasione, altera lateate confessione; non se occidit insontem, & ideo postea a libertatis eius defensoribus dei non esse apud inferos inter illos qui sibi letum in inferos perferre manu. Sed ita haec causa ex utroque latere committitur, ut, si extenuat homicidium, adulterium confirmetur; si purgatur adulterium, homicidium cumuletur. Nec omnino invenitur exitus, ubi dicitur: Si adultera, cur laudata? Si pudica, cur occisa?*

II. Castitas ergo per vim contaminata nullam maculam irrogat innocenti virgini, quae,



resistente animo, carnis compressionem patitur. Corpus illius levem recipit cicatricem: virginalia claustra vi aperiantur: illic infringit tumentes ætus impotens aggressoris libido, nec ultra pergit. Animi integritatem, virtutis candorem nec tantillum denigrare valet: quin ipsa castitas, quæ in corpore vim patia est, ad coronam duplicatur. Iniule ergo effundere invaloris sanguinem mulier quæ sola animi sui defensione interiore libitatem castitatis virtutem potest custodire. Si ideo licita dicitur propriæ vitæ defensio cum occisione etiam invaloris, quia nulla alia via proplici vitæ propriæ potest; ergo nullo modo licita erit occisio invadentis pudicitiam, cum hæc sacra testâ custodire valeat sola animi deliberata defensione. Vultus illud corporale tanti ne est, ut vitæ hominis pravolare debeat, immo & animæ, quæ æternum periret?

III. Obiicit. Grave imminet periculum succumbendi tentationi, & libidini invadentis. Quis sibi sponte in tam lubrico consilio victoriam valet? Quis, æstante carne, & aliena impotenti libidine comprimente, stimulisque tum internis, tum externis agitantis, securus esse sibi interne castitatis potest? Preterquamquod ipsa exterioris integritatis iactura omnium opum, & vitæ ipsius privatione honestis feminis amariot est.

IV. Respondet Augustinus citato Lib. I. de civi. Dei cap. xxv. peccata non debere per peccata declinari. In illius efficacissimam argumentationem. At enim timendum est, & cavendum ne libidini hostili subditum corpus illecebrissima voluptate animum allicito consentire peccato. Prorinde, inquit, non iam propter alienum, sed propter suum peccatum, antequam hoc quisque committat, se debet occidere. . . . Veruntamen, si detestabile facinus, & damnable scelus est etiam seipsum hominem occidere, sicut veritas manifesta prolamat; quis ita desipiat, ut dicat: Tam nunc peccemus, ne postea forte peccemus: tam nunc perpetremus homicidium, ne forte postea incidamus in adulterium. Nomen, si tantum dominatur iniquitas, ut non innocentia, sed potius peccata eligantur, satius est incertum de futuro adulterium, quam certum de presenti homicidium? Nomen satius est flagitium committere, quod penitentem sanetur, quam tale facinus, ubi lævis salubris penitentia non valet. Hæc dixi propter eos, vel eas, quæ non alieni, sed proprii peccati devotanda causa, ne sub alterius hostiæ etiam excitate suæ forte consentiant, vim sibi, qua moriantur

inter inferendam putant. Ceterum absit a mente christiana, quæ in Deo sperat, in eoque se posse, eius adutorio nititur, absit, inquam, ut mens talis quibuslibet carnis voluptatibus ad consensum turpitudinis cedat. Quod si illa concupiscentialis inobediencia que adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua voratur, quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis?

V. Ad id quod additur, feminis honestissimis amariorem esse morte libinis castitatis corporalis iacturam, responderet, non ex affectu sensibili femininarum, sed ex natura cuiusque rei repetendam esse bonorum, aut malorum qualitatem. Ex Augustino vidimus, castitatis corporalis iacturam, salva animi virginitate, hæud esse præferendam vitæ, sive propriæ, sive alienæ. Quoniam revera apud Deum detrimentum non infert violenta corporis virginalis violatio, sed, animo refragante, coronam duplicat virginitatis. Sed neque apud cordatos mundi homines femina vi oppressa aliquam sitandam debeat, vel possit invaluorem occidere. Nec obstat ille Augustinus textus Lib. I. de lib. arbit. Nullo immo inanis est invitum hominem stuprum perpeti, quam eum a quo vis illa infertur, ab illo conatur inferre, interfici. Nam absolute utrumque scelus est iuxta Augustinum, & stuprum vi illatum, & homicidium ad repellendum stuprum perpetratum. Si autem hæc duo invicem comparentur, illud immanius illo est, quoniam stuprator sponte, & deliberato animo, nullaque vi cogente, sed sola libidine impellente, flagitium perpetrat; qui vero vim patitur, amore castitatis servandæ, & necessitate defendendæ ab impurissimo invaluore, & scelus homicidii committit. Nec tamen hinc sequitur, concludit Augustinus ipse cit. Lib. I. de civ. Dei cap. xxv. quod debeant peccata peccatis vitari.

## §. VI.

Pro defensione vitæ, honorum, honoris, & pudicitie proximi licita ne est invaloris occisio?

I. Sequentes quæstionculæ facilioræ ex iis, quæ dicta sunt, resolvuntur.

II. Quæst. I. Licitum ne est occidere invaluorem pro defensione pudicitie, & honoris proximi? Resp. Salmanticenses tract. xxv. cap. 1. punct. 4. §. 5. n. 96. hæc defendunt conclusionem his verbis conceptam: Dicendum est

est 2. fas esse occidere invaluorem pro defensione pudicitie, & honoris proximi. Hanc sententiam falsam reputamus, improbabilem, & Evangelio oppositam, potissimum ex parte qua ob defensionem honoris occisionem iniuriatoris prognatur. Nec limitatio quam adiciunt, probabilem efficit præfatam opinionem, videlicet tunc licitam esse occisionem, quando honor non verbis solis, sed etiam factis, nempe fuste, aut alapa læditur, & invalor non fugit. Quoniam, si invalor non fugit, fugere invaluere debet, si possit. Neque ab fuga eximitur obignominiam quam apud homines sultos, & reipia, aut moribus antichristianis contrahere potest; ut sub antichristianis contrahere potest; ut sub dictum est. De defensione pudicitie præ probatum est. De defensione pudicitie dictum est paræpho præcedenti. Si enim licita hæud est occisio invadentis pudicitiam propriam, multo minus licita erit occisio agredientis & violentis alienam.

III. Quæst. II. Teneris ne defendere innocentem ab iniusto invaluore? Communis sententia est, se adstrictum esse defendere innocentem ab iniusto aggressore, si commode valeas, absque periculo gravi vitæ propriæ, vel honorum: quia lex caritatis obligat ad subveniendum proximo periclitanti, etiam cum aliquo incommodo. Supremæ potestates ad hoc tenentur lege iustitiæ: quoniam ideo Principes, Regesque instituntur, ut populum bono communi subditorum. Quare, dum hoc commune bonum periclitatur, ut dum latrones rebellesque homines perturbant publicam tranquillitatem, adstringuntur supremæ potestates, etiam cum periculo propriæ vitæ, se le opponere perturbatoribus istis; secus vero, ut defendant alicuius privati hominis bona: quia ex vi officii bonum commune promovere debent.

IV. Quæst. III. Teneris ne occidere invaluorem, si aliter innocentem defendere negatur? Resp. Certum primo est, si innocens non defendatur, sed malis mortem fabre, te non adstringi ad eius defensionem. Difficultas est, quando innocens saltem tacite vult defendi ab iniusto aggressore. Adfirmat prior sententia, dummodo non sit periculum amittendæ propriæ vitæ: quoniam in hoc casu quisque sibi prius prospicere debet. Ratio cur te obligat adfirmat hæc sententia ad defendendum innocentem, etiam cum morte iniusti aggressoris, est, quia vita innocens preferri debet vitæ fontis invadentis. Lex quippe caritatis præcipit ut reo semper anteponatur innocens vita. Hanc opinionem defendunt, tamquam probabiliorum, Salmanticenses tract.

xxv. cap. 1. punct. 4. §. 5. nu. 100. & pro eadem citant Navarrum, Victoriam, Molinam, Bonacinam, Dicalillium, alioque.

V. Contraria sententia negat ob hanc rationem. Damna temporalia utriusque proximi invari, & invadentis sunt paria. Porro, quando damna sunt æqualia, nemo tenetur unum inferre, ut alterum excludat. Accedit, lege caritatis utrumque proximum diligendum esse. Vitam quidem habet, præferendum innocentem reo, quando cetera paria sunt, in nostro tamen casu cetera inæqualia sunt. Etenim occisio invaloris coniuncta est cum æterna ipsius damnatione, quæ est omnium malorum maximum. Mors autem innocentis non est necessario coniuncta cum æterna ipsius damnatione. Ignoratur utique, sit ne innocens in statu gratiæ, an peccati. Neque enim ex hoc quod respectu invaloris sit innocens, sequitur eundem absolute innocentem esse. Quin timeri potest ne vindictæ ardore ætuet in invaluorem. Hæc opinio vera sunt: vera, inquam, sed non certa. Idem, verum est quod de his omnibus dubitare licet; verum est quod ignoramus quid in pectore invari lateat; atque adeo sicut dubitare possumus de illius malo statu, ita quoque credere prudenter possumus, eundem esse in gratiæ, & contritione interna, amoreque caritatis erga offensorem, peccatorum, si quibus esset inquinatus, maculas posse delere. Contra certo scimus, iniquum invaluorem reipia seculum esse, atque æternum damnatum iri, si occidatur in ipso consensu. Ergo huic potius parcendum videtur quam alteri succurrendum. Hæc opinio mihi probabilior, atque in praxi unice vera mihi est. Si enim in praxi vix invalor propriæ vitæ occidendum permittitur a Patribus; & si permissio tot cautionibus munitur, ut executio eius vix contingat absque culpa: quam ratio urgere te potest, ut cum periculo anime tuæ propicias alienæ vitæ temporalis? Quis est ille qui his in conflictibus servet exacte leges inculpatæ tutelæ? Quod caritatis præceptum obligat ut manus nostras humano sanguine inquemus? Omni ergo industria, & etiam incommodo proprio impedienda est innocens occisio. Ad hoc nos lex christiana adstringit; sed quod teneamus effundere humanum sanguinem privata auctoritate, nunquam occidere, ut alterum servemus, nunquam poterit ex Evangelio probari.

VI. Quæst. IV. Teneris ne defendere bona proximi magis momenti cum occisione necessa-



ria captaris? Resp. Adfirmat communior Probabilissimarum opinio. Verum, cum nos propugnauerimus iura, neque in defensionem propriorum bonorum licitam esse occisionem furum; iam confiat multo minus licitam esse occidere invadentes bona aliena. Quapropter, ne actum agamus, abstinemus ad ulteriori sententiae huius consultatione.

## CAPUT VI.

## De suicidio directo.

I. Soli haeretici quos Circumcelliones vocant, suicidium propugnant, ut quoddam martyrii genus: quapropter variis cruciatibus semetipsos interimebant.

II. Veritas de fide est, illicitum noxiunque esse suicidium. Vetum quippe est quinto mandato, *Non occides*. Si autem vetatur occidio alterius, potiori iure prohibita erit visus occisus; homo namque non est vitæ lux dominus, iuxta illud Sapientia XVII. *Tu es, Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem*: & Deuteronomii XXXI. *Ego occidam, & ego vivere faciam*. Ergo divinam sibi usurpat auctoritatem qui seipsum occidit. Neque in penitentiam admitti sceleris licita est sui ipsius occisio, ut fecit Iudas. Hanc haeretici constant D. Aug. Lib. I. de Civ. Dei cap. XVII. & D. Thomas 2. 2. q. XLV. artic. 5.

III. Disputant Theologi in utramque partem, peccet ne contra caritatem tantum, an etiam contra iustitiam qui seipsum interimit. Verum, in missis inutilibus subtilitatibus, sententia vera est suicidium non caritati modo, verum etiam iustitiae adversari. Hoc conceptis verbis evincit D. Thomas 2. 2. quest. XLV. art. 5. sic inquires. *Uta est quoddam donum dicitur homini attributum, & eius potestati subiectum, qui occidit, & vivere facit. Et ideo qui seipsum vitam privat, in Deum peccat; sicut qui alienum servum interficit, peccat in dominum, cuius est servus; & sicut peccat ille qui usurpat sibi iudicium de re sibi non commissa. Ad solum enim Deum pertinet iudicium mortis, & vitæ, secundum illud Dexter. XXXI. *Ego occidam, & ego vivere faciam*. Et superius dixerat idem Angelicus in eodem art. *Quilibet homo est pars communitatis*. Unde in hoc quod seipsum interficit, iniuriam committit facit, ut patet per Philosophum Eth. V. Hæc omnia comperta sunt, nec egent fultiore sermone.*

IV. Quest. I. Det, aut iudicis precepto si

et. ne seipsum occideret? Resp. Solum Deus dominus est vitæ, & mortis. Quare, si Deus alicui præcipere utle interiret, parendum esset divino mandato. Hoc Dei preceptum pluribus Sanctis, caelesti lumine illustratis, innotuit. Sic Sampson seipsum occidit. *Nec Sampson aliter excusatur* (inquit D. Aug. Lib. I. de Civ. Dei cap. XXI.) *quod seipsum cum iohannis verna domus oppressit, nisi quod latenter Spiritus sanctus hoc iussit, qui per illum miracula faciebat*. Hoc eodem divino impulsu permoata se in ignem coniecit S. Apollonia; & Pelagia se ipsam interemit, ut integram custodiret pudicitiam. Aliis viris sanctis, ut Abrahamo, peripicere iuram Deus patefecit mandatum, quo aliorum occisionem præcepit. His igitur (concludit Augustinus loc. cit.) *exceptis, quos vel lex generaliter, vel ipsos iustitias Deus specialiter occidi iubet, qui quisque hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine vincitur*.

V. Viri itaque sancti qui sibi mortem conceperunt, id peculiari Dei instinctu pergere. Ethnicorum plures manus in se iniecerunt, non divina aliqua illustratione, sed mundanae gloria studio succenti. Ignorantia invincibilis suicidii non datur. Quare fallam reputo sententiam quam de Lucretia Romana defendit P. Ludovicus Molina de iust. Tom. II. tract. III. disput. IX. num. 5. Neque est, improbabile, ignorantiam excusale a culpa letali actum quo Lucretia seipsum interfecit, simileque alios actus ab ethnicis hominibus perpetratos. Hæc ignorantia invincibilis vel ipsius Decalogi quam descendunt Probabilitate, commentaria est, Patrum, & antiquorum Theologorum doctrina adversa. Audiant Probabiliter, quod contra opinionem Molinæ, Lucretia defensoris, scribat Augustinus Lib. I. De Civ. Dei cap. XXI. *Vos appello, leges, iudicesque Romani*. Si ad vestrum iudicium quisquam dederit hoc crimen, vobisque probaretur, non solum idem matrem, verum etiam castam, & innocentem interfecit esse mulierem, non ne eum qui id fecisset, severitate congrua plecteretur? Hoc fecit illa Lucretia: illa, sic prædicata Lucretia: innocentem, castam, vim perpellam Lucretiam Lucretia in super interemit. Proferre sententiam. Quod si propterea non potestis, quia non astat quam punire possitis, cur interfecit innocentem? & casta tanta prædicatione laudatis? Si adultera, cur laudata? Si pudica, cur occisa? Idem de Cætone, & aliis celeberrimis Ethnicorum viris sentendum.

VI. Se-

VI. Sæcunda quæstionis pars æque certa est, nempe neminem licite posse iudicis precepto seipsum interire. Quoniam iudices teneri nulla in hominum vitam a semetipsis eripiendam potestate fruntur; atque adeo nequeunt præcipere ut homines, regnante inclinatione naturali, seipsum occidant. Porro potestatem acceperunt puniendi reos, minime vero iubendi ea que naturæ repugnant, ut est occisio sui ipsius. Quare sicut index reus capitalis delicti nequit sibi mortem conferre, sed publicè potestati se tradere; ita nequit iubere ut damnatus ad mortem seipsum interimat.

VII. Obiicit. Damnatus, ut veneno pereat, tenetur os aperire ad venenum suscipiendum: ergo poterit quoque propriis manibus illud sibi propinare. Resp. Negatur consequentia. Duplex actionum genus distinguendum. Aliæ actiones sapte naturæ mortem inducunt; ut sumptio veneni, venenum in cubitulum, colli submissio, oris apertio, & id genus similia, que, cum indifferenter sint, mortem necessario non inducunt. Actiones primi generis illicitæ sunt, secus aliæ. Quare licite rei scalam ascendunt, cervicem lubrunt, venenum in os infusum a carnifice deglutunt. Lubet D. Thomæ verba exscribere ex 2. 2. quest. LXIX. art. 4. ad 2. ubi asserit, quod nullus ita condemnatur, quod ipse sibi inferat mortem, sed quod ipse mortem patiatur. Et ideo non tenetur facere id unde mors sequatur. Sicut si aliquis sit condemnatus ad fame moriatur, non peccat, si cibum sibi occidit ministratum sumat: quia non suaverit esse seipsum occidere. Hinc clare colligitur; quod, sicut malefactorum nemini præcipitur ut ferro te interimit, ita minime damnandus quilibet sit, cogendusque ut veneno se necet, aut fame conficiatur, cibo præsentem. Cibum omnis subtrahi reo potest, ut ille patiatur famem, & mortem. Nullo vero modo cogendus est, ne de cibo obolato manducet: quia, si cibum præsentem negligeret, mortem ille sibi conficeret.

VIII. Qui sunt ne a viperis morderi, venenumque hauriunt, ut theriacæ vim experiantur, sulte se gerunt. Neque satis est medicorum iudicium, quo tellentur theriacam ad artis regulam compositam esse. Quoniam certum est morsum viperæ, & haustum veneni res esse mortales. Antidotum vero

theriacæ ob plures causas, circumstantiaque vim expellendi veneni amittere potest. Quare hæc experimenta in solis braciis facienda sunt, nunquam in hominibus. Improbando quoque sunt qui Indos exercent in quibus probabile imminet vitæ periculum. Hos inter colloco eos qui super sanem ambulat, corpunque volutant, e fune dimittunt, una manu funi affixa, vel capite deorsum invertito, & pede fofo linem prementem.

IX. Quest. II. Licita ne est alicuius membri mutilatio? Resp. Convenit penes omnes, licitum esse pati ablicionem alicuius membri, ut totius corporis tantati provideatur. Ceterum, quemadmodum minime licet, vel ex precepto iudicis, semetipsum necare: ita non est licitum sibi propriis manibus membra corporis abicdere. Quoad tamen membri ablicio necessaria est ad evitandum mortem, aut malum aliquod gravis membri iactura, potest quoque sibi membrum abicdere. Hæc ratio licitum est, manum, brachiumque exponere, ut universo corpori caveatur. Homo custos est sui corporis, eaque omniage regere valet quæ prudenter expedire cognoverit ad illius conservationem. Quare, si abesse chirurgus, & dilatio mortalis foret, eo quod venenum se per corpus effunderet; ipse letis possit sibi licite manum amputare, ut certam mortem evaderet. Item vinculis contractus potest pedem, vel manum abicdere, ut mortem sibi a fera, vel sicario inferendam evadat. Comburendus a flammis ex alta turri potest se decidere cum periculo fractionis crurum. Si tamen atterens nimium gravissimique dolores proferendi essent in membro ablicione; nemo teneatur membri relicionem pati, eo quod tanto pretio salutis conservanda non sit. Excipiunt hominem Reipublicæ peritulum. Verum aut ipse salutem certæ est, aut non. Si primum, vis aliquem reperire erit qui nolit acerbo dolore sufferræ. Si vero spes dubia, & exigua fuerint, pauci erunt qui tantis cruciatibus velit se subicere ob ipem dubiam salutis comparande. Ne multa. Hæc in re peritorum iudicio standum est.

X. Quest. III. Licitum ne est semetipsum castrare ad superandos tentationes? Resp. Negant Theologi fere omnes: & hæc in-tentia negans certa est. Id decilium habetur in Concilio Nicæno, a quo reprobatum fuit factum Origenis, qui virilita sibi abiecit, ut castitatem servaret. D. Thomas optime more tuo rem hanc resolvit 2. 2. quest. lxxv. art. 1. ubi